Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Klein von Christoph Knobloch

Disputatio Iuridica De Invito : Nullo Praevio Facto Obligatorio Contractus vel Delicti

Rostochii: Wepplingus, 1689

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0001
DFG

Ja-1125

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0002
DFG

I. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
INVITO
NULLO PRÆVIO FACTO OBLIGATORIO
CONTRACTUS vel DELICTI.

QVAM

DECRETO atq; AUTHORITATE
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN ALMA ROSTOCHIENSI.

PRÆSIDE.


DN. JOHANNE. Klein.
J. U. D.
FAUTORE AC PRÆCEPTORE SUO
ÆTATEM DEVENERANDO

AD DIEM AUGUSTI. ANNO MDCLXXXIX.
IN AUDITORIO MAJORI
BENIVOLÆ ERUDITORUM CENSURÆ
SUBJICIT

CHRISTOPH. Knobloch.
REGIOMONTE-PRUSSUS.
AUTOR ET RESPONDENS.

ROSTOCHII FORMIS ACADEMICIS WEPPLINGIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0003
DFG


Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0004
DFG

I. N. J.

PRÆFAMEN.
SUMMARIA.

Sine contrahentium & cum effectu transferendi dominii alienare volentium consensu, neq; contractus neq; alienatio subsistit n. 1. *Leges neminem* invitum *ad alienandum aut contrahendum obligant.* n. 2. *Neqve permittunt* invito *jus suum auferri.* n. 3. *etiam ex plenâ Principis potestate.* n. 4. *Cessat tamen hoc ob Publicam Utilitatem, Necessitatem, jus Eminentis Dominii & alias causas, qvas exhibet* n. 5. *cum seqq. His enim casibus* invitus *etiam sine facto Obligatorio Contractus aut Delicti qvis facere aliqvid patiq; cogitur* n. 8. seqq. *De hoc* INVITO *agit præsens Disputatio, cujus Conspectum exhibet* n. ult.

QVanqvam eqvidem extra omnem dubietatis aleam posi- 1.
tum esse facilè concesserim, deficiente contrahentium valideq; alienare volentium consensu atq; libero omninò eorundem de rebus disponendi suis arbitrio, ceu primo obligationis ac transferendi in accipientem dominii fundamento exulante, neqve in hunc dominium transire *L. 35. ff. de A. R. D junctо §. 40. J. d. R. D. Vid.* Renneman, *in Jurisprud. Rom. Germ. Vol. 2. Disp. X. th. 8. lit. A.* neqve efficaci contrahentes sibi invicem obliga-

obligationis vinculo adstringi *L. Sicut. 5. C. d. O. & A.* Mozzius *de Contract. Loc. Rubr. de Substantialibus* 1. Vincent. Carocus. *in Tr. de Locat. P. 1. Tit. De Substant. n. 1. p. m. 5. Vid.* Præ-Nobiliss. Dn. Præses *in*
2. *Dissert. de Gemmis Cap. 3. n. 9.* nullo non mecum fassuro, cum qvilibet rerum suarum sit moderator ac arbiter *per l. 21. C. Mandat. Invitum* in suo aliqvid *pati* aut *facere* teneri neminem, per notabilem *L. 14. inibi: quia gravis videtur injuria &c. ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti. C. De Contrah. vend.* Mev. *p. 1. D. 108. n. 9.* Carpz.
p. 3 C. 15. D. 43. legibus neqve *invitum* ad alienandum neq; ad contrahendum obligantibus *L. invitum 11. C. eod. l. Nec emere. 16. C. d. jur. deliber. l. Invitos 11. C. Locat. inibiqve* Brunnem. nec permittentibus
3. qvidem, ut *invito* jus suum detrahatur *§. 2. J. d. his qvi sui vel alien. juris sunt l. 4. C. d. Emancip. inibi.* Brunnem & Ddres. aut qvod alterius
4. est, ipsi *invito* auferatur *l. 11. ff. d. R. J.* Principis ipsius plenâ potestate hisce neutiqvam obicem ponente. Gail. 2. *Obs. 56. & 142.* Pinell. *ad*
5. *Rubr. C. de rescind. vend. junctoque* Fachin. *lib. 8. Controv. 63.* Negari tamen non potest has similesq; juris regulas tunc pati deliqvium, qvando vel *Publica utilitas*, ad qvam, tanqvam finem Jurisprudentiæ ultimum & principalem omnes leges collimant, qvamq; intendunt unicè qvotqvot vel circa ferendas vel applicandas vel
6. exeqvendas leges desudant. *Vid.* Excell. Stryk. *in Dissert. d. Salut. Publ. Proœm* vel *Urgentissima Necessitas*, qvæ non solùm legibus non subest *l. 7. ff. d. adm. tut.* L. 10. *§. fin. ff. d. Excus. tut. l. 1. C. d. Oper. lib. l. Pro Tyronib. 3. C. d. Privil. dom. August. lib. XI. c. Licet 3. X. d. Feriis c. 5. in fin. De Consuetud.* sed & ipsa legem constituit *l. 27. ff. d. Manum testam.* Chalderin. *Consil. 95* Munos de Escobar. *de Ratiocin. administ. cap. 14. n 10. seqq.* Qvodqve hisce duobus validissimis innitur fulcris. Grot. *d. J. B. & P. Lib. 2. Cap. 14. n. 7. Jus Supereminentiæ*
7. *Dominii, Favor itidem Religionis, Pietatis, Fisci, Libertatis ac Liberationis*, juncto rei Abusu *Invito* contrahendi vel alienandi necessitatem imponunt, utq; faciat vel patiatur aliqvid *invitus nullo prævio facto obligatorio Contractus aut delicti* Jure propitio urgent. Brunnem. *ad l. 16. C. d. Jur. Delib. & ad l. 11. C. d. Contrah. vend.* Barbos. *lib. 4. cap. 47. axiom. 14. inibiq;* Gamsius. Vasqv. *4. Controv. 1.* Qvod
8. eqvidem animo subjiciens meo, cum jussu Meorum Musis Varniacis propediem, valedicturus de commodâ Disputationis cujus-

jus-

jusdam materiâ cogitarè cœpissem, constitui in hunc juris articulum pro ingenii modulo elaborandum, missis benè multis aliis, aliqvam Talenti partem impendere exq; juris nostri latifundio hinc inde dispersos Disputationis regulis includere casus, qvibus INVITI NULLO PRÆVIO FACTO OBLIGATORIO CONTRACTUS AUT DELICTI PATI FACEREQUE ALIQUID COGI POSSINT, certâ lactatus spe, fore, ut *Candidus Lector* sortis humanæ haud ignarus, si qva, nobilitate præsentis materiæ accuratiorem limam merente ac desiderante, in tanto casuum cumulo me hallucinari aut labi deprehenderit, pro humanitate suâ id benivolâ manu sit emendaturus ac indulgentiùs primis hisce juvenilibus conatibus condonaturus, concessurusq;, ut, cum per omnia methodicæ artis regulis strictè in hærere casuum varietas haud permittat, Disputantium libertate usus tribus subseqvis hanc materiam capitibus inclusam expediam, qvorum *Primum* exhibebit *Generalia de Inviti obligatione ac acceptione, junctâ Rubricæ explicatione.* Secundum *complectetur casus, qvibus Invitus aliqvid nullo prævio facto obligatorio contractus aut delicti* facere *tenetur.* Et Tertium *occupabitur circa casus, qvibus Invitus nullo prævio facto Obligatorio Contractus aut delicti aliqvid cogitur* pati. Tu autem Ter Glorioſe Deus, fac, ut, Te Auspice jacta alea cedat *feliciter!* 9.

CAPUT PRIMUM.

Exhibens

GENERALIA DE INVITI ACCEPTIONE, DIVISIONE AC OBLIGATIONE, JUNCTA EJUSDEM DESCRIPTIONE ET RUBRICÆ EXPLICATIONE.

SUMMARIA.

DE *Etymologia vocis* Inviti *agitur remissivè* n. 3. *seqq.* Inviti *Descriptionem exhibet* n. 6. *Vox* inviti *sumitur* (1) Privativè n. 7. (2) Negativè n. 8. (3) Positivè n. 9. *idq; rursus bifariam vel* pro contradictione n. 10. *vel pro* Non consensu

sensu n. 11. (4) Abusivè n. 12. *Aliassignificationes exhibet* n. 14. & 15. *Dividitur* Invitum *in* sensu proprio (1) in Invitum per violentiam n. 17. *seqq.* (2) in Invitum per Coactionem n. 20. *seqq.* (3) in Invitum per ignorantiam n. 23. *quæ versatur vel circa* ipsum factum n. 24. *seqq.* vel facti circumstantias n. 26. *seqq.* (4) In Invitum per Imprudentiam n. 28. *seqq.* *Quorsum etiam quodammodo refertur* Invitum per infirmitatem n. 31. (5) In Invitum per obligationem, *descendentem vel ex quatuor ordinariis causis, contractus, Quasi-contractus, Delicti & Quasi-Delicti* n. 33. *vel ex aliis causarum figuris* n. 34. *Prioris* inviti *referuntur regulæ & exempla* n. 36. *seqq.* *Venditor præcisè tenetur ad rei traditionem* n. 39. *Deq; hoc hâc Dissertatione non agitur* n. 40. *Sed de* invito, *sine prævio facto oblgatorio Contractus & Delicti* n. 41. *Cujus Descriptionem exhibet* n. ult.

1. DE *Invito* sine *præevio facto obligatorio Contractus* aut *Delicti* hisce pagellis acturus, operæ pretium haud esse facile auguror ac præsentio multâ curiositate in Natales
2. *τὸ inviti* inquisivisse. Licet enim haud diffitear, rerum quidem potiorem, verborum tamen priorem habendam esse rationem, monente Christophoro Besoldo *in Dissert. d. Regalib. th. 1. Thes. Pract. annexâ arg. l. 1. ff. d. J. & J. & l. 1. ff. d. R. C.* hisq; non probe intellectis de Disputantium mente ritè con-
3. stare non posse. Matth. Stephani *De Jdict. Lib. 1. cap. 1.* Inutilem tamen illos suscipere operam remq; actam agere autu-
4. mo, qui vocis etymologiam in vulgus notam multo labore evolvere sibi sumunt temerè, lectori hâc operâ nulli profuturi. Quare cum nemini non facilè liqueat, *Invitum* ab *In* augente & *vito*, quasi admodum vitante & adversante animo, teste Dno. Wulstorp. *in Mellific. Voc. Invitus*, quiq; hunc sequitur, *Excell. Dno. Wildvogel in Disp. de Damno Invito cap. 1. n. fin. junct.* Matth. Martin. *in Lex Philolog. hâc voce* derivari, alioq; nomine *Involuntarium* Germ: Ungern / Unwillig / Wieder seinen Willen & Græcis ἀκούσιον dici, missâ
5. accuratiori hujus vocis indagine id in præsentiarum potius acturus sum, ut cum multifariam in ampliſſimo juris Oceano alibiq;

passim

passim vocem *inviti* accipi advertam, eandem â suâ æquivocatione, quæ errorum genetrix esse dicitur. Barbosa *Lib. 1. cap. 40. axiom. 1.* & non Philosophis duntaxat, sed & JCtis naufragium minatur, teste Scaliger. *1. Histor. anim. sect. 12. in fin.* liberem, subjectâ brevi Rubricæ nostræ evolutione.

Quod ergo varias vocis *Inviti* attinet significationes primo quidem in aprico apud omnes esse conjicio, *Invitum* non ineptè 6.
describi *per motum, qui præter inclinationem in agente fieri solet*, qvam inclinationem si forsan *Appetitum* vel *Appetitus Instinctum* quis cum Micrælio *in Lexi: Philosoph. p. 644.* vocare velit, non refragabor. Vox autem *inviti* ipsa (1) accipitur *Privativè* pro ab- 7.
sentiâ omnis consensus, quâ ratione de furiosis prædicatur *in l. 5. ff. d. S. P. U.* qui ex potestate bonæ mentis exiisse videntur; hinc si talis in mentis exilio constitutus Titium occidat, *invitus* eundem occidisse & *fati infelicitate* excusari dicitur. *l. 12. ff. ad L. Corn. d. Sicar. L. 9. §. 2. ad L. Pompej. d. Parricid & l. 14. ff. d. Offic. præs.* (2) accipitur *Negativè* cum agenti plenum voluntatis deliberantis exercitium non convenit: Sic Infans *Invitus* addiscit literarum elementa, & hominem occidens, *invitus* occidisse dicitur, *innocentiâ consilii* ex Responso JCti Modestini in *l. 12. ff. ad L. Corn. d. Sicar.* â pœnâ homicidii immunis. *Conf.* Brun. *ad L. 5. d. S. P. U. in fin.* (3) Accipitur *Positivè* in illis, qui plenum habent & liberum voluntatis 9.
exercitium atq; arbitrium; Quo in sensu *Nobis proprio* non ille saltem *Invitus* facere aliquid aut pati dicitur, qui (α) *apertè prohibet &* 10.
contradicit, qualiter vox *inviti* capitur in *Pr. J. quib. mod. solv. obl. L. 39. ff. d. Neg. Gest. L. 23. & 53. ff. d. solut.* ubi dicitur, quod *pro invito* solvere cuilibet licitum sit, quod explicat Imperator *in L. fin.* C. *d. N. G.* ut idem sit, ac *pro nolente & specialiter prohibente* solvere. *Item in §. item vobis. 3. J. per quas person. nob. acqvir L. 62. ff. d. V. O L. 32. ff. d. Acquir. rer. dom. L. 1. §. 5. l. 44. §. 1. ff. d. A. vel A. P. L. 44. §. ult. ff. d. Usu cap.* ubi servi *invitis* i. e. *contradicentibus* Dominis suis acquirere dicuntur. Nec non *in L. 69. ff. & L. 156. §. ult. d. R. J. junctâ L. nec temerè 26. C. d. Jur. deliber.* Ubi negatur liberalitatem & beneficium *in invitum* i. e. *reluctantem & admodum vitantem* conferri posse: Qvâ etiam in acceptione legimus *invitum* nec emancipare *l. 4. C. d. Emancip.* nec emancipationem accipere L. *5. C. eod.*

nec

nec arrogari L. 5. l. 24. ff. d. adopt. neqvè possessionem bonorum ab
11. *invito* acqviri *L. 3. §. 3. ff. d. Bon. poss.* Sed & *Invitus (β)* dicitur, qvi licet non contradicat, tamen etiam *non consentit*, ut & *Non-consentientem* leges in certis juris capitulis *vid. l. 7. §. 1. L. 12. ff. & L. 25. C. d. sponsal. L. 2. §. 2. ff. sol. matrim. L. 1. §. 3. ff. d. tribut act.* pro *invito* accipiant. Ita respondet JCtus Ulpianus, postqvàm in *L. præced.* 4. dixerat: *Invitis nobis* servitutem non constîtui, in *l. 5. ff. d. S. P. U. invitum* in servitutibus accipere debemus, non eum i. e. non tantùm eum Gothofred. *ad h. l. lit. Y.* qvi contradicit, *sed eum* etiam, qvi *non consentit*, *& in l. 45. ff. d R. N.* Ubi postqvàm idem JCtus *in pr. d. l 45.* tradiderat regulam: *Invito Patrono*, libertam, qvæ ei nupta est, alii nubere non posse, subjicit *in §. 5. Invitum* autem hîc accipere debemus eum, qvi *non-consentit* ad divortium. Nec non in *l. 8. §. 1. ff. d. Procurat.* ubi præfatus JCtus docet: *Invitum* procuratorem non soleri dari, additqve eleganter: *Invitum* accipere debemus non eum tantùm qvi contradicit, verum eum qvoqve *qvi consensisse non probatur*, junctâ *l. 48. §. 3 ff. d. Furt.* ubi idem JCtus præmittens regulam: *Invito* Domino furtum fieri, qvis
12. dicatur *invitus* his verbis explicat: *Vetare* autem dominum accipimus etiam eum, qvi ignorat i. e. *eum qvi non consensit. Vid.* Brunnem. *ad d. l. n. 6.* (4.) Accipitur vox *inviti* πάχυλῶς *s. abusivè* in sensu improprio *pro Violentia*, qvæ est contra appetitum naturalem *suppositi non-liberi.* Sic fera *invita* cicuratur, qvia libertatem amat, qvam amittit cicur reddita. Avis *invita* includitur caveæ, & pisces sagenæ inclusi *inviti* saltare dicuntur *apud Herodo-*
13. *tum*. Consimiles loqvendi formulas reperire licet apud *Plautum*, qvi parili ratione *invitis canibus* venatum ire, summam notat esse stultitiam. *Horatius* Venusinus Vates appellat *invitum* illud,
14. qvod præter ductum nativæ indolis cum repugnantiâ & labore fit, cujus passim circumfertur versiculus.

Tu nihil *invitâ* dices faciesq; Minervâ

15. Conferatur Bilefeldi *Dissertatio d. An. 1686. de Invitâ Minervâ. Nasoni* placuit pro coactione voluntatis præsumptâ vel consensu semi-pleno laborantis præconceptis opinionibus intellectus assumere vocabulum *inviti*, quando Lyctum de cæde filiæ deliberantem Metamorph. *Lib. IX.* ita loqventem introducit ad *Thelethusam* Conjugem:

Edita

Edita fortè tuo fuérit ſi fœmina partu
Invitus mando, pietas ignoſce, necétur.

Sed hæc quidem â foro noſtro aliena ſunt; qvare miſſis illis, pe- 16.
dem promovemus ad *Inviti*, quatenus illud ſub ſphæram morali-
tatis & juris cadit, deq; liberè agentibus in ſenſu proprio prædica-
tur, *Diviſionem*, quam Moraliſtæ in ſede de Principiis actionum
humanarum & JCti *ad Tit. ff. & C. Quod metus cauſa. Item De Vi bon.
rapt. & De jur & fact. ignor. nec non Ad L. Aqvil.* paſſim tradunt, ut di-
ſtingvatur *invitum* (1) In Invitum per Violentiam, cujus prin- 17.
cipium foris & contra animi inclinationem eſt, ita, ut nihil per ſe
conferat ad id agens, neq; ipſum actum adjuvet, ſed ſe merè habe-
at paſſivè. Brunn. *ad L. 2. ff. Quod met. cauſ.* omni conſilio ac vo-
luntate exulante. Franzk. *ad Tit. ff. Quod met. cauſ. n. 5.* Hahn. ad
Weſenbec. *h. t. n. 2.* ut hinc rectè notante *Magnifico Dno.* Scho-
mero *in Eleganti Diſſertatione IV. Theol. Moral. de Offic. Volunt. &
Affect. §. 10.* invitum hoc in ſenſu non voluntatis actio ſed potius 18.
paſſio quædam appellari meratur. Quæ acceptio genuina & pro- 19.
pria eſt. *t. t. J. ff. & C. d. Vi Bonor. rapt.* ubi rapina fieri dicitur maxi-
mè *invito Domino. Vid. pr. J. d. tit.* Hic enim, cui per vim abſolu-
tam & præciſam, uti loqui amant Fagundez. *d. J. & J. Lib. 1. Cap. V.
n. 5. &* qui hunc ſequitur, Zœſius *Tit. ff. Quod met. cauſ. n. 2.* res
eripitur, nihil ad id confert, neq; ullo actu conſenſum ſuum teſta-
tur, ſed *invitus per vim exteriorem* pati debet rem ita ſibi eripi, cujus
recuperandæ cauſa prodita eſt *actio Vi bonorum raptorum.* (2) In- 20.
Invitum per coactionem, ſumpto vocabulo *inviti* in laxiori ſi-
gnificatu, *vid. ſup. all. Excell.* Schomer. *d. l.* quod quidem ſimplici-
ter ex libera voluntate non procedit, nec tamen etiam voluntatem
excludit, ſecundum tritū illud: Coacta voluntas etiam eſt volun-
tas *l. 21. § penult. ff. Quod met. cauſ.* ſed cum *electione*, majoris incom
modi & evitandi mali gratia conjunctum eſt, ſicq; ex voluntario
& invito permixtum, ut non incongruè *Spontaneo invitum* di-
ci poſſit. Non enim illud ſaltem ſpontaneum dicitur, quod 21.
per ſe expetimus, ut finem, ſed etiam quod expetimus propter
aliud. V. C. Quanquam nemo merces in mare projicere vult
per ſe & ratione finis proprii, vult tamen propter aliud & rati-
one finis communis, ut vitam conſervet. *Vid.* Hornej. *Lib. 11. de*

Princip. Act. Hum. Disp. l. th. 44. seqq. Franzk. *ad Tit. ff. Quod. met. caus. n, 4.* Quia tamen non simpliciter liberâ voluntate, sed urgente semper necessitate id expetimus Franzk. *d. l. n. 3.* Libertati voluntatis contrariâ. Hahn. *ad* Wesenb. *tit. Quod met. caus. n. 2.* Illud *per accidens & in sensu divis. Thom. 1. 2. quest. 6. a. 6. Invitum* dicitur, ut & hâc ratione *invitus* audiat, qui coactus vult. Schra-
22. der. *in Lex. Jur. voce Invitus* : Quo in sensu *t. t. ff. & C. Quod met. caus. Invitus* promisisse aut præstitisse dicitur, qui metu justo i. e. in constantissimum hominem cadente *l. 5. & 6. junctâ l. 7. §. 1. l. 6. §. 2. ff. & l. 4. C. Quod met. caus.* inductus præstitit aliquid aut promisit; quo nomine *stricto & summo jure* obligato Prætor pollicetur actionem & exceptionem quod metus causa *t. t & l. 1. ff. quod. met. caus.*
23. *& t. ff. de. Dol. mal. & met. except.* (3) In Invitum per ignorantiam, quando defectus cognitionis in ignorantiam degnerans actum aliquem moralem in alium finem avehit, quam vellemus, quæ ignorantia vel versatur *circa factum ipsum* vel circa *facti cir-*
24. *cumstantias*. Brunem. *ad L. 1. ff. d. Ignor. Jur. & facti.* Prioris exemplum exhibet JCtus Paulus *in l. 31. in fin. ff. ad L. Aquil.* eumq; secu-
25. tus Imperator *Justinianus §. 5. J. eod. tit.* in putatore, qui seorsim â via vel in medio fundo ex arbore dejiciendo ramum, servum transeuntem occidit, ubi nulli extraneo versandi jus fuit, nec ipse divinare potuit, an per illum locum aliquis transiturus sit: Hic utiq; *invitus* servum occidisse dicitur, *sed per ignorantiam facti.* Simile & Notabile exemplum exhibet Pontifex in Jure Canonico in Marito, qui absente Uxore cum Sorore ejus, quæ in lectum Affinis iverat, putans Uxorem esse, dormivit. *C. in Lectum 6. C. 34. q. 1. Qui invitus* stuprum & incestum & adulterium commisit per ignorantiam facti: Hinc neq; pœnæ stupri nec incestus nec adulterii reus est.
26. Postrioris exemplum videre licet *ap.* Brunnem. *L. 1. ff. d. J. & J. & Zæsium ff. eod. n. 5.* scilicet in illo, qvi corrumpit conjugatam, qvam pro solutâ habet: Item in illo qvi sibi matrimonio jungit sororem naturalem, qvam pro extranea habet. Prior volens qvidem stuprum, sed *invitus* adulterium committit, *per ignorantiam facti circumstantiarum.* Hinc nec punitur pœnâ adulterii, licet ex stupro teneatur. Zoes. *d. l.* Posterior volens qvidem matrimonium contrahit, sed *invitus* committit incestum *per ignorantiam itidem-*

dem facti circumstantiarum. Hinc nec incestus reum eundem leges judicant, licet imponant eidem ut â tempore scientiæ ab uxore suâ divertat. Huc etiam pertinet exemplum *c. 8. C. 34. q. 1.* In illo qui cum duabus Sororibus fornicatus est, nescius Sorores esse, quas stuprauerat. Ubi quidem *volens* stuprum, sed *invitus* incestum committit per ignorantiam facti circumstantiarum. Idem juris est in fornicante simul cum Matre & Filiâ, nescio illas sibi invicem parentelæ respectu conjungi *per. 1. c. 9. C. 34. q. 1.* Aliud exemplum exhibet Pontifex in *c. x. C. 34. q. 1.* In filio nesciente Patrem suum naturalem stuprasse Matrem, cum Matre concumbente, quam Matrem esse ignorabat, qui itidem *volens* quidem stuprum, sed *invitus* per ignorantiam facti circumstantiarum incestum committit. (4.) In Invitum per Imprudentiam, qvando qvis connexiones mediorum cum fine non penetrat atqve imprudenter agit, ut alium assequatur finem, qvam qvem intendit. Sic Medicus malè secando servum aut perperam eidem medicamenta dando, eundem occidisse dicitur *invitus per imprudentiam §. 7. J. ad L. Aqvil. junctâ l. 7. §. ult. ff. eod.* Et Sutor puero discenti & parum benè facienti, qvod demonstraverat, formâ calcei cervicem percutiendo, ut oculus puero perfunderetur, oculum effodisse dicitur *invitus per Imprudentiam*, qvorsum qvodammodo pertinere videtur casus *§. 8. & l. 8. §. 1. ff. ad* L. *Aqvil.* ubi propter infirmitatem mulionis servus oppressus est, qvem infirmus occidisse itidem dicitur *invitus per imprudentiam*, cum scire ac prudenter cognoscere debuisset ipsum haud oportere hoc affectare, in qvo intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam aliis periculosam futuram *d. l. 8. §. 1. ff. ad* L. *Aqvil.* (5.) In Invitum per Obligationem, qvando qvis vel ex prævio facto obligatorio *contractus* aut *delicti l. 1. ff. d. Obl. & Act. §. 2. J. d. Obl.* vi ordinariæ actionis & *Officio judicis Mercenario*, vel sine eo, *intuitu Salutis & Necessitatis Publicæ, Religionis, Pietatis, Libertatis* aut alio deniqve respectu extra ordinem *l. 1. ff. d. Obligat. & Act. pr. verbis proprio jure ex variis causarum figuris junctâ l. 52. ff. eod. & Officio* utplurimum *judicis Nobili* ad dandum, faciendum vel patiendum &c. non lubens seu recusans & detrectans tenetur. Qvæ obligatio, sicuti descendit vel ex qvatuor *Ordinariis & principibus causis*

27. 28. 29. 30. 31. 32. 33.

ſis ſeu factis obligatoriis, qvas indicat *Imperator* §. 2. *J. d. Oblig.* puta *contractu & qvaſi ex contractu, maleficio & qvaſi ex maleficio.* Vel
34. ſine illis. Gothofr. *ad l. 1. ff. d. Obl. & Act. lit. K.* ceſſante facto obligatorio. Vinn. *in Comment. Maj. ad Tit. d. Oblig. §. 2. n. 3.* ex cauſis extraordinariis & *proprio jure* ſeu ut loqvitur Cajus *in l. 1. pr. ff. d. O. & A.* notanter *ex variis cauſarum figuris* ſc. æqvitate. Bachov. *ad τὰ πρῶτα tit. d. Pactis n. 2. & Tr. d. Action. Diſp. 4. th. 4.* aut aliis officii regulis notante Boclero *in eleganti Diſputatione d. Dominio eminenti in med.* Ita Inde exſurgit duplex *invitum per Obligationem*, qvorum alterum *factum obligatorium contractus vel delicti* reſpicit; alterum verò exulante facto obligatorio contractus vel
35. delicti, *alias cauſarum figuras*: De primo *invito per obligationem* exaudiendus eſt Modeſtinus *in l. 108. ff. d. V. S.* ubi docet: debitorem illum dici, â qvô *invito* exigi pecunia poteſt & Paulus *in l. 3. §. 1. ff. d. V Obl.* ubi *in invitum* reddi judicium dicitur, qvod tamen *invitum* ſaltim ita dicitur *ratione Conſeqventis.* Sic fur *invi-*
37. *tus* ſuſpenditur, cum voluerit qvidem *antecedens*, nempe *furari*, non verò *conſeqvens*, puta *ſuſpendi*, qvanqvam qvoad juris interpretationem non malè etiam dici poſſit, furem *non invitum* ſuſpendi, & huc pertinent decantatiſſimæ juris regulæ; *Qvæ ab*
38. *initio ſunt* voluntatis *ex poſt facto fieri* neceſſitatis, & *qvæ ſemel placuerunt, amplius diſpliceri non poſſe*, qvas Dds. eruunt *ex l. Non id circo 12. in fin. C. d. Contrab. Empt. l. Si mandavero 22. §. Sicut. 11. ff. Mandat. l. Cujus bonis. 9. in pr. ff. d. Curat. furioſ. l. Sicut ab initio 5. C. d. Obl. & Act. l. De contractu 3. C. d. reſcind. vend. l. Qvamvis 39. C. d. Transact. l. Eo qvod 10. C. ſi cert. pet. l. Si argentum 35. & fin. C. d. Donat. vid.* Brunnem. & Barboſ. *ad L. 5. C. d. Obl. & Act.* Et qvi plena manu adducuntur ab hoc *Lib. III. Cap. 42. axiom. 25.* Hinc obligatio dicitur juris vinculū, qvo qvis *neceſſitate* adſtringitur ad dandum. &c. *pr. J. d. Obl. & l. 3. ff. d. Obl. & Act. junctâ l. 17. §. 4. ff. d. pactis & l. 10. ff. d. V. S.*
39. Quare nec venditori integrum eſt ſolo conſenſu venditione perfectâ *invito* emptore â contractu reſilire, ſed rem venditam præciſe tradere tenetur §. 2. *J. d. Donat.* ibi ad exemplum *venditionis neceſſitatem traditionis*, ut nec præſtare intereſſe paratus regulariter audiatur *L. exempto 11. §. 2. ff. d. Act. Empt. inibiq;* Brunnem. & *L. 46. ff. eod Conf.* Harpr. §. 2. *J. d. Donat. n. 132. ſeqq. Et ad pr. J. d. Empt.*

Vend.

Vend. n. 33. seqq. Gomêtz. Var. Resolut. *Tom. II. cap. X. n. 22.* Bachov: ad Treut. *Vol. 1. Disp. 28. th. 2. lit. C. Et* Mynsing. *Cap. 4. Obs. 51. n. 5.* 40. Verum de hoc *invito* hisce agere pagellis non sedet animo sententia, qvare in Rubricâ hujus Dissertationis vocabulo *inviti* statim subjeci sequentia verba: *Nullo prævio facto obligatorio Contractus aut Delicti*, ut hâc operâ Candidum Lectorem vel in ipso edocerem frontispicio me de *altero invito per obligationem* acturum, 41. qvod sine facto obligatorio contractus & delicti *ex aliis causarum figuris, proprio jure* exsurgit, cujus casus exhibebunt sequentes paginæ, quorum expositioni, antequàm manum admoveam, in descriptione nostri *inviti* primum Caput finiam: Scilicet *quod* 42. *fit motus animi, quo quis præter inclinationem, exulante facto obligatorio Contractus & delicti* officio *ut plurimum* judicis nobili proprio jure *cogitur non lubens* facere *aliqvid aut* pati.

CAPUT SECUNDUM.

Complectens

CASUS, QVIBUS INVITUS SINE PRÆVIO FACTO OBLIGATORIO CONTRACTUS AUT DELICTI COGITUR ALIQVID FACERE.

SUMMARIA.

INviti *aliqvid facere coguntur* (1.) *intuitu* Publicæ Utilitatis n. 2. seqq. *Nolentes adiguntur vi supereminentis Dominii* n. 6. *Appellatio hæc defenditur* n. 7. *Publica utilitate efflagitante* Inviti *coguntur Honores & Munera Publica subire.* n. 8. *Judices esse.* n. 9. *Consulatu defungi & Senatoris ornare Provinciam.* n. 11. *Qvampecuniâ redimere civi illicet.* n. 12. *Nec Doctor recusare potest.* n. 13. *Exceptis Ddbus Rostochiensibus.* n. 14. *Nec jure Lubecensi Miles aut Nobilis, modo inibi habitaverit, ubi jus Lubec, viget.* n. 15. seqq. *Munerum Detrectatores qvomodo multarint*

tarint diversæ Gentes exhibet n. 19. cum seqq. *Quomodo eosdem* invitos *adigat Jus Lubec., docet.* n. 20. *An proficiat Reip.* Invitis *Magistratum obtrudi tradit* n. 22. seq. *Legationis defungi munere* Inviti *coguntur.* n. 26. seq. *nec excusantur, etiamsi neglectum rei domesticæ docere possint.* n. 28. *Magistratus tamen obligatus videtur h. e. jactarum rei domesticæ compensare.* n. 29. *Non a. Unus præ ceteris sine discrimine & frequenter hoc munus subire tenetur, modo ceteri æq. habiles sint.* n. 30. & 31. *Idem obtinet Jure Lubec.* n. 32 Inviti *dantur Tutores & Curatores* n. 34. seqq. *Quibus a. remediis compellantur, exhibet* n. 37. *Jure Civili Tutor* Invitus *Curator ejus, cujus Tutor fuit, non constituitur.* n. 38. seq. *Etiamsi Pupilli Pater in testamento eundem. Curatorem esse voluerit.* n. 40. *Secus est de jure Lubec. & Hamburgensi.* n. 42. *Alibi tamen Hodie* inviti *non coguntur.* n. 43. *Curator ad litem* Invitus *non constituitur.* n. 44. seq. *NS. sit Ordinarius Procurator.* n. 46. Inviti *trahuntur ad Munera Ecclesiastica.* n. 47. *Carnificis Munere defungi, si ejus in Civitate aut vicinia copia non sit, etiam* invitus *quis cogitur.* n. 48. *ejus limitationes videsis.* n. 49. *Exempla exhibet* n. 50. *Non semper nec apud omnes gentes sordere Carnificis personam probat.* n. 51. seqq. *Ipse Magistratus quandoq. executionem expedivit.* n. 55. *Alibi qui ultimus in Senatum eligitur.* n. 56. *In Concilio Flandriæ primus Prætor.* n. 57. *Apud Romanus etiam Milites.* n. 58. *Quod nec à nostro ævo alienum esse probat.* n. 59. *In Franconia novissimus maritus fures suspendere tenetur.* n. 60. *Alibi Clerici Carnifices egerunt.* n. 61. *Ex pluribus delinquendi correis Magistratus Unum* Invitum *cogere potest remissa ipsi mortis pœnâ vel ad tempus vel in perpetuum Carnificis munus subire.* n. 61. Inviti *Coriarii* die Gerber und Riemer *cogi possunt, ut Corium humanum cadaveris ad Anatomiam concessi concinnent.* n. 62. *Cogi possunt* Inviti *cives maximè infimi ordinis ad efferendum funus Carnificis.* n. 63. *Item ut reliquias cadaveris humani*

mani ad anatomiam conceſſi efferant. n. 65. *Quas cum proceſſu funerali maximè hominis non maleficæ terræ mandari charitatis lex atq; religionis exigit favor.* n. 63. *Ubi id exemplis comprobatur. Jure Romano antiquo Cives* inviti *militare tenebantur.* n. 66. *Quâ Pœnâ Pater filium militiæ ſubtrahens hoc jure afficiatur & filius ſemetipſum debilitans, monſtrat.* n. 67. ſeq. *Germani hodie* Inviti *non coguntur militiæ nomen dare.* n. 68. *Salvo tamen jure Sequelæ.* n. 70. *Et quoties Salus Reip. & religionis defendendæ Neceſſitas civem ad arma vocat.* n. 71. ſeq. Inviti *teſtes eſſe coguntur.* n. 72. ſeq. *& certis remediis compelluntur.* n. 74. *Etiamſi juraverint ſe teſtimonium non perhibiturus.* n. 76. ſeq. *Nec excipiuntur hic Clerici in cauſa Laicorum.* n. 78. ſeqq. *In loco Confeſſionis a revelata* inviti *ut edifferant, cogi non poſſunt.* n. 81. *Duas Exceptiones exhibet* n. 83. cum ſeq. Pater Invitus *tenetur liberos alere,* n. 86. *& dotare filiam,* n. 87. ſeq. *Nec non ſuppeditare* Invitus *filio Studioſo Impenſas.* n. 90. ſeqq. *Studiorum Favor comparatur favori Reip.* n. 89. *Idem eſt, etiamſi* Patre Invito *& contradicente quis ſumptus filio ſuppeditaverit.* n. 94. *Et filius* Patre invito *ſtudiis ſe mancipaverit,* n. 95. ſeqq. *recenſentur variæ hic Ddrum Opiniones.* n. 96. *Argumenta Negantium,* n. 97. *affirmantium ſed cum reſtrictione.* n. 98. *Quotiescunq; ſalus & favor publicus impenſas ſuadent, toties m. contra* invitum *datur actio negotiorum geſtorum.* n. 104. *Cujus videſis rationem.* n. 105. *Exempla.* n. 106. ſeqq. Invitus *cogitur ruinoſas ædes reficere.* n. 107. *Siq; ob paupertatem impediatur, Publico hæc cura incumbit, cui ſi dominus pecuniam impenſam cum uſuris refundere nequeat permittitur Reip. ipſo* invito *refectas ædes vendere.* n. 108. *Tenetur dominus etiam b. c.* invitus *alteri reficere nolenti juſto pretio ruinoſas ædes vendere.* n. 109. *Item & aream deſolatam.* n. 110. *An poſſit aream, in quâ olim ædes ſtetêre in hortum mutare, an verò* invitus *cogi poſſit novum areæ imponere ædificium docet.* n. 111.

Cogun-

Coguntur Inviti *Vicini ad reficiendum puteum publicum, etiam si eodem nunquam usi sint, nec uti velint.* n. 113. seqq. *licitum est* invito *Vicino cuilibet in pariete suo latrinam ædificare frustra eodem de fœtore ac ingrato aspectu conquerente* n. 117. *Duas hujus sententiæ limitationes exhibet* n. 118. seq. *Potest quis* invito *Domino ingredi fundum venæ marmoris vel metalli quærendæ causa.* n. 120. *Ob publ. Utilitatem* invitus *cogi potest ad vendendam vel constituendam servitutem.* n. 121. *Viâ publiâ amissâ vicinus* Invitus *viam præstare cogitur.* n. 122. *nemo* invitus *cogitur ut merces suas in loco aliquo venundet.* n. 124. *exceptio est in Civitatibus pleno Stapulæ jure gaudentibus.* n. 125. *Syllabus illarum exhibetur.* n. 126. *Nemo* Invitus *cogi potest, ut huic & non alii vendat.* n. 127. *Ne quidem subditus à Magistratu, æquum licet pretium offerente.* n. 128. *Exceptio ejus traditur Jure Lubecensi in Advenis, qui non nisi Civibus merces vendere possunt.* n. 129. *nemini vendere volens tamen non cogitur.* n. 130. *Advena merces ad occasiones depositas* Invitus, *siquidem distrahere velit, Civibus vendere tenetur.* n. 131. *Quorundam locorum statutis cautum est, ne quis alienâ pecuniâ, aut nomine merces ab Advenis allatas emat.* n. 132. *It. ne exteri res suas per Urbem exportent apportent ve.* n. 133. *Vetitas merces hosti vendere illicet.* n. 134. *De illis agitur remissive.* n. 135. *Tempore annonæ Caritatis* Inviti *Victualia justo Civib. pretio venundare coguntur.* n. 136. Invitos *magistratus illo casu cogere potest, ut in tempore Victualia cœmant,* n. 137. *De reliquis Casib. quibus* Inviti *emere vendereq; coguntur extra publicæ Utilitatis rationem agitur remissive.* n. 138. Invitus *nemo cogi potest rem suam alteri locare,* n. 139. *exceptio est in Studiosis, quibus* inviti *Musæa locare tenetur.* n. 140. *præferuntur Studiosi idem pretium offerentes.* n. 141. *Alicubi locorum Cives* Invito *abiturientibus Studiosis equos locare tenentur.* n. 142. Invitus *primo conductori relocare ædes non tenetur.* n. 144. *exceptio est in prædiis Fiscalib.* n. 145. *It. Reipl. prædiis.* n. 146. *Quod Dd. etiam*

ad

ad Studiosos extendunt. n. 147. *Rustici operas suas an præ aliis Domino suo* inviti *locare teneantur docet.* n. 149. *cum seqq. Artifices* Inviti *cogi possunt ad operas suas pro justâ mercede desiderantibus præstandas* n. 151. *Remedia h. casu eosdem coercendi exhibet* n. 152. *Artifices* Inviti *cogi possunt, ut alios in sua arte erudiant* n. 153. *Princeps potest cogere Artificem* Invitum, *ut sibi scientiam hactenus à nemine cognitam manifestet* n. 154. *seqq. Quo tamen casu* Princeps *cautè procedere debet.* n. 156. Invitus *nemo tenetur agere vel accusare.* 157. *Exceptiones ejus exhibet.* n. 158. *Nemo* invitus *cogitur transigere.* n. 159. *Tres exceptiones tradit* n. 160. *cum seqq. Necessitas alia est Publica; alia in genere talis* n. 163. *Alia eadem est cum Publica Utilitate, alia eidē contradistinguitur* n. 164. *Alia Juris, aliâ Facti* n. 165. *alia Præsens, alia Superveniens* n. eod. *Necessitas in omni excepta dispositione* n. 166. *Magistratꝰ subditos* Invitos *jure cogit, flagrante bello pro moderatis Usuris Reipl. mutuum dare* n. 167. *quod ad Subditos Temporarios extendunt Dd.* n. 168. *Cujus exemplum exhibet* n. 169. *Urbe obsessâ* inviti *cogi possunt Cives Concivib. & obsessis victualia vendere* n. 170. *Ditiores* Inviti *cogi possunt necessitate pauperib. dare Eleemosynas* n. 175. *Extrema urgente necessitate nec prædia Ecclesiastica, nec Ecclesiæ Ministri immunitate collectarum gaudent.* n. 172. *Ob publicam Necessitatem* Invitus *cogitur equos publicos alere* n. 173. *Navita ob Publ. Necessitatem cogi potest in certum navigare locum detinerique ad transvehendum militem aut alium belli usum.* n. 174. *Idem & in Exteris* n. 176. *Etiamsi inibi non commorentur, sed liberum saltem desiderent transitum* n. 178. *Exemplum ejus refert* n. 178. *Omnes qui autoritate publ. exercent officia* Inviti *cogi possunt aliis suam impendere operam* n. 180. *Notarius* Invitus *tenetur conscribere Instrumentum.* n. 181. *Syndicus defendere Collegium* n. 182. *Doctor dare Consilium* n. 183. *Advocati patrocinium Causæ subire & pauperib. præsto esse sine spe honorarii* n. 185. *Præstito tamē ab his paupertatis juramento.* n. 186.

Invitus *hospitem recipere non cogitur* n. 187. *Nisi publicum exerceat diversorium* n. 188. *Idem in Rhedam publ. exercentib.* n. 189. *Limitatur* n. 190. *seqq. Meretrix* invita *cogi non potest ad carnale commercium cum aliquo habendum, licet pluribus antea patuerit.* n. 192. *Utcinus* Invitus *iter ad sepulchrum justo pretio praestare cogitur* n. 193. *Tenentur hodie terrarum Domini in locis alieno sole calentibus mortuos ad patria sepulchra translaturis* inviti *praeviâ denunciatione liberum praestare transitum.* n. 194. *Cogere potest Magistratus* Invitum *pro dilatando Coemiterio fundum proximè adiacentem justo pretio vendere* n. 195. *Si alia non suppetant media Legatarius, quò testator sepeliatur,* invitus *cogi potest vendere legata.* n. 196. *Favore* Religionis *ad factum obligatus praestando interesse non absolvitur* n. 197. *Favore* Pietatis *Magistratus* Invitos *cogere potest ad celebrationem Sabbathi & examina Cathechetica* n. 198. *Socius Socio Servum communem manumittente favore* Libertatis *partem suam* Invitus *vendere tenetur.* n. 199. *Servus noxae deditus* invitum *dominum cogere potest ad se manumittendum, si Noxiam resarcire velit,* n. 200. *Filius sanguinolentus venditus pretio emtori oblato* invitum *cogere potest ad se dimittendum.* n. 201. *Imo & patrem ad se redimendum si ad pingviorem pervenerit fortunam.* n. 202. *Pater* Invitus *cogi non potest, ut liberos emancipet.* n. 203. *Nec dominus ad manumittendum servum.* n. 204. *Nisi* (1) *suis delinquendi imposuerint necessitatem.* n. 205. (2) *Aut durius eosdem tractaverint.* n. 206. *Poena abusus est privatio juris.* n. 280. *Varia ejus exempla exhibet.* n. 209. *seqq. Propter* abusum *rei locatae tam Naturalem, quam Moralem cogitur* Invitus *conductor ex aedib. conductis migrare.* n. 204. *Cui non prodest generalis renunciatio L. Aede 3. C. Locat. Conduct.* n. f.

1. CASUS INVITI *nullo praevio facto obligatorio Contractu aut Delicti* exposituris, eosdē volupe visum fuit in duas partiri classes, quarum

quarum una occupabitur circa *casus*, qvibus *invitus* aliquid FACERE Altera verò circa *casus*, quibus *invitus* aliquid PATI cogitur. De illis *hoc capite secundo*, de *his* vero *capite ultimo* solliciti erimus.

2. *Invitum* cogi posse ad dandum vel faciendum, etiam ubi nulla prævia est obligatio ex contractu vel delicto, primo omnium efficit PUBLICÆ SALUTIS ab omnibus Reip. membris secundū aureum illud Platonis effatum, propriis anteferenda commodis, *ratio*. Cum enim Salus Reipubl. suprema omnium lex esse debeat 3. Cic. *Lib. 1. d. Offic. & Lib. 3. d.* Leg. Frieder. Brückman. *d. solut, princ. potest. cap. 3. n. 53.* rectè in omnibus eadem actionibus & negotiis nostris cuilibet privatæ utilitati anteponenda est *l. 3. C. d. Primipil. Lib. 12. tit. 63. inibiq;* Brunnem *l. unic. §. 14. C. d. caduc. toll. arg l. 14. C. d. oper. publ.* Grot. *d. J. B. & B. Lib. III. cap. 10. n. 7.* Rauchb. *part. II. Quæst. 27. n. 46.* Klock. *Vol. 1. Conf. 28. n. 288. Et de Contr. cap. XII. n.* 213. Quæ ipsa pessundatâ Republicâ salva amplius esse nequit. Bar- 4. bos. *ad Tit ff. solut. Matrim. p. 7. n. 4. Magnificus* Stryk. *in eleg. Diss. d. Salut. publ. cap. 1. n. ult.* ut hinc quemlibet pensi habere oporteat, quod Imperatores Arcadi⁹ *& Honorius in* L. *unic. §. 1. C. d. Off. Com. sacr. largit.* rescripsêre, scilicet eorum nomina ad Principem referri debere, qui propriis mage commodis, quam utilitatibus publicis studere deprehensi sunt. Quare minimè malè audiet Princeps, si ci- 6. vibus omnia suis metientibus commodis, quodq; sibi proficuum maximè respicientibus; contra vero ad *Publicam Salutem* parum, aut nihil prorsus conferentibus, sed eam multis parasangis postponentibus, eosdem pietatis ac officii Reipubl. debiti admoneat, & ad quod suopte ingenio ac sponte Reipubl. præstandum non veniunt, *invitos* compellat atq; adigat. Bocler. ad Grot. *d. Jur. Bell. & Pac. Lib. 1. Cap. 1. p. m. 88.* inibique *citatus* Felden. *Conf.* Osiand. in Grot. *Lib. 1. Cap. 4. Th. 3. Obs. 2. &* Puffend. *d. J. N. & G. Lib. 7. Cap. 6. 8. 9. & Lib. VIII. Cap. V. §. 7.* idque vi *Eminentis Dominii.* Bocler. *d. Eminent. Dominio p. 88.* (quam appellationem licet haud pauci, 7. quâ novam suspectent atque extimescant, inque ejus locum *Imperium* lubentius recipiant, in illâ tamen acceptione, quâ Principi hoc jus non nisi publicâ utilitate & imperiosâ necessitatis lege urgente tribuitur, res eodem recidit, cum qui plenum in personam imperium habet, non possit non simul dominium

(i. e. *usum* sumpto vocabulo *Dominii* in latiori significatu quo ante distinctionem dominiorum dominium usum denotabat) in personæ subjectæ bona habere, accessorio suum principale sequente. *Vid. Excell.* Stryk. *in Diss. de Sal. publ. Cap. 2. n. 42. Magnificum* Ziegler. *in* Grot. *Lib. 2. Cap. 14. §. 7. jungatur* Bocer. *dict. Diss. d. Domin. Eminent. p. 84.* Quod si in aliis obtineat negotiis, maximè locum sibi vindicabit in *Honoribus & Muneribus Publicis subeundis.* Hîc enim maximoperè interesse Reipubl. ne desint, qui paterno eandem regant actueantur affectu, prudentique consilio contra quemcunque novercantis fortunæ impetum muniant ac defendant, nemo infitiabitur. Quare prudentissimè constitutum legimus, L. 9. *ff. d. Muner. & Honor.* nec non *L. 2. & t. ff. d. Vacat. & Excus. Mun.* Quod si quis Magistratus in civitate creatus sit; & munere injuncto fungi detrectet, per Præsides *cogendus sit* illis remediis, quibus compelli assolent Tutores ad munus, quod impositum est, agnoscendum. Idem de Judice dicitur L. 13. §. 14. *ff eod.* Et clarius L. 13. §. 2. *ff. d. Vac. & Excus. Mun.* Ubi docet JCtus Ulpianus: Ipsum, qui non habet excusationem, etiam *invitum* cogendum esse. Multo magis autem illud procedit in muneribus *auctoritate juxta ac utilitate* publicis Schrader. *d. Feud. part. X. sect. 10. n. 34* Simane *d. Republ. Lib. 2. cap. 2.* Fichard. *Cons. 36. in pr.* quæque dignitatem annexam habent L. *Honor 14. ff. d. Muner. & Honor.* Ut Consulatu & Senatoriâ Dignitate, â quâ non absolvunt excusandi causæ, nisi gravissimæ L. *Cui muneris 12. ff. d. Mun. & Honor. 8. pr. ff d. Vacat. & Excus. Mun. Gloss. in* L. 3. C. *Qui ætate se excus.* Mev. ad Jus Lubec. *Lib. 1. Tit. 1. art. 6. n. 11.* Adeò, ut nec pecuniæ oblatio L. 16. *ff. d. Mun. & Honor.* Petrus Antiborus *in Tract. d Mun. part 2* Brun. *ad L. 9. ff. d. Mun & Honor.* Nec gradus Doctoralis ex veriori sententia, quam tuetur *Excell.* Sibrandus *in eleg Tract. d. Jur. publ. Urb Lubec. Part. 1. sect. 19. n. 7. seq.* & responso Ampliss. Facultatis Juridicæ Rostochiensis electionem Wismariensis Senatus *Doctorem invitum* in suum ordinem cooptantis confirmante probat. Exceptis *Doctoribus Rostochiensibus*, quibus consuetudine & Jure statutario â Cæsareâ Majestate confirmato id expressè concessum est. *Idem d. l. n. 7.* justam excusationis causam præbeat, quam nec cingulo milita-

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

militari decoratos aut Nobilitatis genere claros jure propitio urgere posse illis in locis, ubi jus Lubecense viget, siscilicet inibi habitaverint. *Idem* addit *d. l. n. 2.* Idque (1) propter jus incolatus, 16.
quod ad oneris hujus receptionem etiam *invitos* adigit. *L incola 29. ff. ad Municip. l. 5. C. d. Incol. Lib. X. Vid.* Mæv. *ad Jus Lubec. supr. d. l. n. 3.* communi enim sponsione, *verba sunt præfati Mevii*, quisque in civitate domicilium constituens ad necessitatem suscipiendi oneris pro Universitate tenetur. (2) Propter commodo- 17.
rum participationem, quæ & incommodorum susceptionem ex æquitate naturali suadet. *Excell.* Sibrand. *d. l. n. 4.* æquissimum 18.
enim est, onera ab illis libenter suscipi, qui commoda protectionis, commerciorum aliorumque jurium civilium percipiunt. *arg. l. 10. ff. d. R. J. L. unic. §. 5. C. d. Cad. tollend.* Mæv. *proximè citato loco n. 5.* Idque in tantum procedit, ut detrectatores Munerum 19.
Athenienses capite, Romani libertate, & Spartani exilio mulctarint. Gumpelzhaim. *apud* Arumæum *d. Jur. publ. Vol. 1. Disp. 25. th. 36.* Invitosque adigi velit Nomothesia Romana illis remediis, *ut supra monui*, quibus inviti tutores ad Tutelæ onus subeundum, adiguntur L. *9. ff. d. Mun. & Hon.* refusis omnibus sumptibus pro 20.
compellendo *invito* impensis L. *Circensium. 20.* L. *quamvis 51. C. d. Decur. Lib. X.* Alia adhuc pœna illis definita *Jure Lubecensi. Art. 5. lib. 1. tit. 1.* Ubi Senatori & Consuli electo hancque functionem re- 21.
cusanti pœna amissionis domicilii civici & decem Marcarum auri puri imponitur. Verba articuli hæc sunt: Niemand der zu Raht oder Burgermeister erkohren wird / kan sich dessen wehren / bey verlust der Stadt wohnung und 30. Mark löhtichen Goldes. *Vid.* Sibrand. & *Mævium ad hunc artic.* Ubi in specie notat *n. 33.* Nobili cuidam qui, postquam jus civitatis se non indignum existimasset, præposterâ nobilitatis ambitione ad Consulatu se excusare annisus erat, hanc pœnam dictitatam fuisse.

Sed dubitare hic non immeritò qvis posset cum Politicis, 22.
cum supra dixerim *Salutis Publicæ* rationem efficere, *invitos* ad munera publica subeunda cogi adigiq; posse; *An ergo Reipubl. proficiat invitis Magistratus obtrudi?* Eqvidem salvâ aliorum Opinione, autumo magis proficere Reipubl. *invitis* dari provinciam, qvam se ingerentibus. Sicuti enim hi non possunt non videri suspecti 23.
ex Indi-

ex Judicio Ulpani *in* L. 25. *ff. d. Procurat.* nemine, qvi periculum, laborem, invidiam atq; molestiam in publicis negotiis proferenda sibi cognita atq; perspecta habet, vel qvadrigâ qvidem eqvorum validissimorum, verba sunt sæpius Laudati *D. Sibrandi in dicto Tract. part.* 1. *Sect.* 14. *n.* 58. se huic molestiarum plaustro immitti passuro, ita prudentis Imperatoris Alexandri Severi Rescripto & judicio *inviti* & non ambientes Magistratum, in Rempubl. collocandi sunt, cum ex *Platonis* sententiâ *Lib.* 7. *de Republ.* optimi hi sint Gubernatores, qvos rogari vel cogi necesse sit, ut aliis præsint. Accedit, qvod idoneis & merentibus dignitates sint dandæ
24. *l.* 11. *§.* 1. *ff. d. Muner. & Hon.* Illi autem, qui maximè desiderare solent, plerumq; minimè mereantur. Decianus *Tract. Crim.* Cap. 21. *n.* 10. Petr. Theodorus *Diss Crim.* 9. *th.* 6 *lit.* 6. Barbos. *Lib.* 9. *cap.* 55. *axion.* 1.
25. Nec metuendum est, quod Manlius, cum ei Consulatus imponeretur, dixisse fertur: *Alium quærite, in quem hunc honorem deferatis; Nam si me eum gerere cogeritis, neq; ego mores vestros, nec vos malum Imperium ferre poteritis.* Valer. Max. *Lib.* 6. *cap.* 4. cum, verba sunt Mævii *ad jus Lubec. Tit.* 1. *art.* 6. 18. & in electo integritas religione vincatur, & sub inspectione sit administrationis ratio, imo & correctio, invito cane cum ceteris venante, quem solum frustra venatum duceres. Verum cum raro nostri ævi exemplo delatos
26. homines subterfugiant, quin potius sapè non merentes, datâ pecuniâ, ambiant honores, hîc non diffluam, quin potius ad Legationis munus itidem *Authoritate & Utilitate* publicum *l.* 1. *§.* 2. *ff. d. Mun. & Honor.* Mæv. *Lib.* 11. *tit.* 1. *art.* 10. *n.* 4. pedem promoveo, & cum maximè interfit Reipubl. esse, qui ex commodo ipsius legatione defungantur, *Salutis Publicæ ratio* hic quoq; effecit *invitum* cogi posse decretam sibi Legationem terrâ marive obire. Ita respondet JCtus Marcianus *in* L. 4. *§.* 5. *ff. d. Legat: Unusquisq; Legationis munere defungi cogitur.* Cum enim splendidum ceteroquin Legati
27. munus, non sine molestiâ, tædio, labore ac periculo suscipiatur. Wissenbach. *part.* 2. *Disp. ff.* 41. *th.* 1. Eckh. *ad Tit. ff. d. Legat.* §. 1. Omni cives illud molimine subterfugere solent, quos *invitos* adigi publicæ utilitatis tamen suadet ratio Zas. *Cons.* 20. *Lib.* 1. *n.* 1. Rutger
28. Ruland. *Part.* 1. *Lib.* 2. *c.* 25. *n.* 20. adeò ut neglectus rei domesticæ nemini immunitatem præstet, publicâ utilitate privatam superante

ante *l. un.* §. 14. C. *d. C. ad. toll.* Quanquam Magistratus obligatus esse 29.
videatur, si rei domesticæ aliquid decedat. aut uti par erat, non ac-
quiratur, illud resarcire, ne per justam absentiæ causam aliquo
modo lædatur *arg.* L. *Sed etsi.* 26. §. *fin.* L. *& sine* 27. *& seq. pr. ff. Ex quib.*
caus. Maj. L. *Absentiæ.* 140. *ff. d. R. J.* cum iniquum sit officium alicui
esse damnosum L. *Sed si quis.* 7. *ff. Test. qvemad. aper.* Vid. Mev. *ad Jus*
Lubec. d. l. u. 19. Ubi monet *n.* 12. Par utique esse hîc æquitatem 30.
ante oculos haberi, ne onus intolerandum aut cum noxâ con-
junctum alicui deferatur: Sicuti enim justum est, aliquem pro
Republ. omnia sustinere munera, ita juxta æqvum est, nemini
eadem nimis esse onerosa, hinc constitutum esse, *pergit*, ne quis
præ ceteris Legationem cogatur obire, sed gradus & ordo vaca-
tionum attendatur, ne sine discrimine & frequenter iisdem op- 31.
pressis, simul viris & viribus Respubl. destituatur L. 3. §. *Præses.* 15. *ff.*
d. Mun. & Honor. L. *Sciendum* 4. §. 5. *ff. d. Legat.* Modò ceteri æquè
functioni sufficiant L. *Honor* 14. §. *fin. ff. d. Mun. & Honor. & d.* L. 4. §. 5.
ff. d. Legat. Quod autem dixi *invitos* ad subeundam Legationis 32.
provinciam de Jure civili cogi posse, idem etiam obtinet Jure
Lubecensi, sicuti constat *ex art.* 10. *lib.* 1. *tit.* 1. Qui, quamvis no- 33.
minatim de Senatoribus loquatur, ex identitate tamen rationis
etiam ad alias eundem pertinere personas Reipubl. addictas do-
cet Mev. *ad d. art. Conf.* Excel B. Sibrand. *in eleg. Tr. d. Jur. Publ.*
Civ. Lub. Part. 1. *sect.* 23. *n.* 5. ubi *n.* 6. *& seqq.* omnia Legatorum re-
quisita & *n.* 12. justas excusandi causas eleganti stylo persequitur.

Missis muneribus tam *Utilitate* quàm *Authoritate* pu- 34.
blicis, instituti me ducit ratio ad munera non *utilitate* L. 239.
§. 2. *ff. d. V. S.* sed Authoritate Stryk. *pr. Inst. d. Excus. tut. &* Myn.
sing. *Rubr. d. t.* & Necessitate Vinn. *ad pr. J. d. t. vid. l.* 16. §. 15. *ff. d.*
Excus. Tut. publica puto *Tutelam* & *Curam. pr. J. d. Excus. Tut. l.* 1.
§. 4. *& l. ult.* §. 1. *ff. d. Mun. & Honor. l.* 9. *ff. d. His qui sui vel alien. jur.*
sunt. Et cum ab effectu rectè hæc munera *onera* dicantur *pr. J.* 35.
d. Legit. Pat. Tut. inibi. & Tutelæ onus esse debet §. 2. *J. d. Excus. Tut.*
inibi, recipiunt onus tutelæ §. 5. 6. *&* 14. *& ult. eod. alibique passim*
nullo emolumento Tutorē Curatorem ve manente L. *Qui sine* 38.
ff. d. N. G. Gvido. Papæ *Decis.* 68. Modestin. *Pistori. Vol.* 1. *Conf.* 7.
qvæst. per tot. Nemo non omni ausu humeros istiusmodi oneri
subtra-

subtrahere studet, quod neque è re pupillorum, quos, cum imperfectæ ætatis adhuc sint, aliorum consilio regi naturali juri conveniens esse asserit Imperator §. *fin. J. d. Attit. tut. junga-*
36. *tur* Cicero *Lib. 1. Off. & Arist. Lib. 1. Polit. & L. 1. ff. d. Minor.* Neque Reipublicæ, ad quam cura pupillorum pertinere dicitur L. 2. §. 2. *ff. Qui pet. tut.* esse judicavit Nomothesia Romana, cum Reipubl. maximè intersit, non negligi hujus ætatis curam, quæ seminarium Ordinum est omnium & â cujus conservatione civitatis dependet conservatio ac perpetuitas. vid. Manz. *in Comm. J. Rat. Regular. ad Tit. d. Susp. Tut. §. 3. n. 2.* Proindeq; *invitos* ad Tutelæ ac Curatelæ onus suscipiendum vocari *L. 1. pr. ff. d. Adm. tut.* L. *9. ff. d. Mun. & Hon.*
37. nolentesq; vel pignoribus captis vel mulctâ indictâ compelli voluit. *L. 6. in fin. C. d. Test. tut. L. unic. ff. Si quis jus dicent.* L. 1. §. 2. *ff. d. Vent inspic. vid.* Stryk. §. 3. *J. d. Attit. Tut. inibique* Ddres *passim.*
83. Quod autem dictum est, *invitos* dari *Curatores*, hoc de Jure Civili non pertinet ad illos, qui adulti Tutores fuerunt. §. *18. J. d. Excus. tut.* Ubi docet Justinianus, qui tutelam alicujus gessit, *invitum* ejusdem curatorem fieri non compelli. *jung. L. Gajus. 16. ff. &* L. 20. C *eod. vid.* tamen *L. 5. C. h. t.* ejusque temperamentum in L. 14. *§. 5. l. 24. ff. eod.*
39. sufficit enim in quibusdam amici commoditatibus consuluisse. *L. Tutori. 20. C. d. N. G.* L. *Tutores 39. §. Qui se in fin. ff. d.* Adm. *tut.* Quod
40. ampliat Imperator, ut verum sit, ipsum, qui semel tutelâ oneratus fuit amplius *invitum* curâ ejusdem personæ prægravari non debere, etiamsi pater, quem Tutorem in testamento dederat, adjecerit, se etiam Curatorem dare *d. §. 18. J. d. Excus. tut. & L. 16. ff. eod.* nemine contra Jus Publicum disponere valente, nec cavere, ne Leges in testamento suo locum habeant. *l. Nemo potest. 55. ff. d. Leg. 1. vid.* Mantz. & Harpr. *ad d. §.* Quod quamvis ita sit jure
41. Romano, *hodiè* tamen cum ex generali Germaniæ consvetudine officium administrationis & periculum futuri temporis continuetur, usq; ad ætatem adulti legitimam, puta 25. annos, Tutoris offi-
42. cium post pubertatem durare & tutelam in curam ipso jure transfundi, ut hinc, qui Tutor fuit, etiam *invitus* Curator fieri cogatur, nec se excusare valeat, volunt *Ddres.* Quod quidem de Nomothesia Lubecana & Hamburgensi indubiũ esse facile largior *per art. 1. jur. Lubec. tit. 7. lib. 1. & jur. Hamb. Lib. 3. tit. 6. Vid.* Mev. *ad*

jus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0026
DFG

Jus Lub. d. art. 1. n. 13. seqq. Alibi autem, ubi tale statutum non viget, Tutoribus permitti, non obstante Consvetudine, finitâ pubertate tutelâ, & rationibus distractis, administrationem deponere & adulto Curatorem dari petere, concludo cum Carpz. P. 2. Const. 11. Def. 10. Et Stryk. ad §. 18. J. d. Excus. Tut. quod in Camera sæpè factum refert. Gail. 2. Observ. 96. n. 6. in fin. 43.

Illud etiam notam mereri autumo, proximè dicta in *Curatore ad litem* Germ. Einen Krieges-Vormund viduæ relictæ aut adultis dato fallere, ut *invitus* cogi haud possit, ad litis curam suscipiendam. Franc. Caldas *in L. Si curatorem pr. C. d. In integ. restit. n.* 17. Mev. *ad jus Lubec. Lib. 1. tit. 7. art. 11. n. 6.* Cum enim hujus longè dispar ratio sit, ac Curatoris bonorum, per ea, quæ fusius deduxit JCtissimus Mev. *d. l.* & cum procuratore ferè conveniat, de quo certum, ipsum *invitum* non constitui L. 8. §. 1. ff. d Procurat. Nec hic *invitus* compelli potest, ut sit Curator ad litem. Aliud tamen cum Mevio *d. l. n.* 7. dicendum esse arbitror, si *Ordinarius* sit Procurator, qui pro alio procurationem suscipere cogitur. Hunc enim deficientibus aliis, salariô justô interveniente, litis Curatorem fœminæ vel minori *invitum* dari rationi congruum esse arbitror cum Fabr. *in C. Lib. 5. tit. 27. Def. 2.* 44. 45. 46.

Munera alia esse *Ecclesiastica*, alia *Secularia* in vulgus notum est. Nos quæ de his diximus, etiam de illis intelligi volumus, sc. tantum abesse, ut ambientes Episcopatum & Sacerdotium seq; gratiâ ac precibus ingerere cupientes admittantur, ut potius hisce ceu indignis â sacris aditis repulsis, *inviti* & recusantes eligi debeant. Elegantissimum hoc nomine legi meretur Rescriptum Impp. *Leonis & Anthemii, quod exstat. L. 31. C. d. Episc. & Clericis*, cujus huc apposuisse verba non pœnitebit: *Si quemquam vel in hac Regiâ urbe, vel in ceteris Provinciis, quæ toto orbe diffusæ sunt, ad Episcopatus gradum provehi, Deo auctore, contigerit, puris hominum mentibus nudâ electionis conscientiâ, syncero omnium judicio proferatur. Nemo gradum sacerdotij pretij venalitate mercetur. Quantum quisq; mercatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profecto enim, quis locus tutus & quæ causa poterit esse excusata, si Veneranda DEI templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis aut vallem fidei providebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid deniq;* 47.

denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor avaritiæ & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, ut, quocunque locorum pervenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet, nec pretio sed precibus ordinetur Antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, *rogatus recedat, invitatus effugiat sola illi suffragetur necessitas excusandi, profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus* invitus, *cum sanè si quis hanc sanctam & venerandam Antistitis sedem pecuniæ interventu subjisse; aut si quis, ut alterum ordinaret vel eligeret aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis & læsæ Majestatis, accusatione propositâ à gradu sacerdotii retrahatur: nec hoc solum de inceps honore privati sed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus; ut eos quos par facinus inquinat & æquat, utrosque similis pœna comitetur.*

Munera tàm ratione Utilitatis & Authoritatis, quam hujus duntaxat intuitu publica, utraque tamen *Honestiora* eaque vel *Ecclesiastica* vel *Civilia* excipiunt Munera utroque respectu quidem publica, ceterum *Sordida*, quæ inter cum, licet non jure Carpz. *Part.* 3. *Quæst.* 137. *n.* 58. D. Conrad. Dinner. *allegatus* Walthero *in Tr. de Stat. Jur. & Privil. Doct. Cap.* 6. *p.* 64. Vulgi tamen opinione. Walth. *d. l. p.* 06. jung. Besoldus *Thes. Pract. voc.* Schergen *& de* Jure Civium *Cap.* 11. *n.* 4. Carnificis referatur offi-
48. cium, non incommode hic quæritur: *Si in civitate aliqua, aut confinio nullus sit Carnifex vel Justitiæ Minister, qui capitalem exequatur sententiam, num Judex ob publicam utilitatem* invitum *aliquem cogere possit, ut sit Carnifex vel Executor, etiamsi nihil deliquerit?* Nos missis aliorum opinionibus, quæstionem cum Julio Claro *Lib.* 5. *sentent. §. fin. n.* 4. Bartol. *ad L. fin. §. Titius. n.* 3. *ff. d. Ping. act. Et* Pari: Put. *d. Syndic. n.* 5. *p.* 324. aliisque ab his citatis ad vilem personam & executionem rite & ex fide perficere valentem Carpz.
49. P. 3. *Quæst.* 137. *n.* 64. *Const. Crimin.* Carol. *V. art.* 98. restringentes, haud dubitanter asserimus, si Carnificis copia haberi nequeat, Magistratum liberum, sed vilem tamen hominem cogere posse, ut *invitus* sontibus inferat supplicium. Cum enim Reipubl. interfit delicta non manere impunita L. 1. C. *Repetund.* L. *Operis.* C. *d. Pœn.* Sed sontes pœnas promeritas *publicè* luere. *L. Ita vulneratus*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0028
DFG

ratum 51. §. *Quod si quis. 2. ff. Ad L. Aquil.* expedit utique Reipub. esse, qui sontibus pœnam publicè inferant, quorum officium, utpote ad Justitiam, cujus & non affectuum Ministri dicuntur Carnifices. *Cap. Officia. cum 2. seqq. C. 23. quæst. 5.* tuendam pertinens, cum ex suâ naturâ nihil infamiæ ac improbitatis habeat. *Vid.* Matth. Bernegger. *in Dodec. 1. Quæst. 11. ad Taciti Germaniam.* tantum vanæ vulgi opinioni indulgendum neutiquam est, ut eam propter *invitum* justam videatur habere excusationem, præprimis illis in locis, ubi Carnifices excoriationibus cadaverum abstinent & Excoriatoribus contradistinguuntur. *Vid.* Henrich. Christoph. à Greisheim *in Juriſp. Publ.* Disp. *ult. c. 3. th. 50.* Dnus. Beyer. *in Disp. d. Bonis Damnat. th. 30. Et à* Walthero. *alleg.* Dinner. Ubi Venetiis, se spectante An. 1564. quendam ad laqueum condemnatum à viliſſimo servo *invito* suspensum esse *narrat. Conferatur* Dn. Beyer *in Disp. d. Bon. Damnat.* Ubi de Francisco Augusto Thuano, Magni Jacobi Augusti Thuani Filio, annosum quendam mercenarium *invitum* supplicium sumpsisse refert, Lugdunensis Carnificis altero crure fracto. Nec, si historiam temporum evolvere lubeat, apud omnes populos Carnificis personam tantoperè sordere, deprehensuri sumus. Enim verò apud Singalesios Insulæ Ceylon Gentes, Carnifici ad ipsum Regem liberum semper patuisse aditum refert. D. Beyer. *vom Hencker-Gelde Cap. 1. §. 9.* Imò quod miraberis, Wenceslaus Imperator Carnificem rogasse fertur, ut Filium suum è baptismate levaret. Lehman. *in Chron. Spir. Lib. 7. cap. 60.* Speidel. *Notabil. p. 481. Lit. H.* Nec apud Judæos olim certam personam Carnificis vices gessisse Autor est. Speidel. *d. l.* Ubi addit: Ipsum Magistratum nonnunquam ultimum intulisse supplicium. Recentiora quod attinet tempora, notum est in quâdam Imperii civitate (Reutlinga) *vid.* Beyer. Vom Hencker-Gelde *Cap. 1. §. 12. in fin. ubi plures allegat*, ipsum, qui postremus in Senatum electus erat, executionem fecisse. Pont. *in Att. Bell. Vol. 1. p. 707.* Camer. *in Hor. subcis. 1. c. 76. p. 374. vers. 1mo adhuc.* Et in Concilio Flandriæ primo Prætori, qui Principis loco est, executionem committi ex Damhauderi *Pr. Crim. C. 154. n. 2.* tradit D. Andreas Mylius *in Disp. d. Jur. Carnif. Cap. 1. n. 1.* Exemplum de Balduino VII. Flandriæ Comite exhibet Lipsius *in Polit. p. 137. §. 7.* Romani suis militibus, quos speculatores & Lancearias vocabant. D. Mylius

50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58.

Mylius *d. l.* Carnificis munus demandabant. D. Beyer *d. Tr. Cap.*
59. 1. *th.* 13. â quo more nec longè noſtra receſsêre tempora; quibus *invitis* militibus â Superioribus coñilitionem vel virgis cedere vel mortem meritum glande bombardicâ occidere juſſis, qvod Galli *Arqvebuſer vel Faire paſſer par les armes* ſuâ linguâ efferunt, neutiquam probroſum eſſe, mandatum hocce exequi, quotidiana nos
60. edocet experientia. In Franconia qvomodo recentiſſimus maritus fures ſuſpendat docet Dither. ad Beſold. *Verb.* Scharf-Richter *p.* 865. *col.* 1. ubi addit: Clericos etiam interdum Carnifices egiſſe.

Illud autem facilius qvis largietur, hoc caſu unum ex pluribus delinquendi correis etiam *invitum* â Magiſtratu cogi poſſe, ut
61. remiſsâ mortis pœnâ ad tempus vel in perpetuum ſit Carnifex, & complices ultimo afficiat ſupplicio. Bart. *l.* 2. *ff. d. Jud. Publ.* Tholoſ. *Lib* 31. *Syntagm. Cap.* 38. *n.* 5. Beyer. *d. l. Cap.* 1. *S.* 13. *Et de Bon. Dam. th.* 26. *in fin.* Theodoric. *in Coll Crim. Diſp.* 10. *th.* 5. *Lit. G* Carpz. *Sup. all. loc.* Quam conſuetudinem in Galliâ, Germaniâ, Italiâ & Hiſpaniâ obſervari docet Bœkel. *in Diſqviſ. Crim.* 7. *p.* 103. Exemplum hujus reiqui ſcire aveat, adeat Stamlerum *d. ſervit. Perſonal. Lib.* 1. §. 5. *Cap.* 1. *n.* 16. Bodin. *d. Republ. Lib.* 3. *cap.* 8 *n.* 361. *Jungatur* D. Mylius *d. l.* §. 4. Obiter hic quæritur:

62. *An ſicuti, per hactenus dicta Magiſtratus* invitum *cogere poteſt Carnifices defungi munere, etiam Coriarios* die Gerber und Riemer/ invitos *adigere poſſit, ut corium humanũ, in ſectione cadaveribus punitorum ad Anatomiam ob publicam utilitatem. L. eleganti. Qvod Reipubl.* 33. *ff. d. Injur. & Libell. Fam. â Magiſtratu conceſſorum, Medicorum operâ detractum concinnent?* Quam cum Carpz. *Part III. Qvæſt.* 137. *n. ult. Et qui hunc ſequitur*, Dn. Mylio. *in Diſp. de Jur. Carnif. cap.* 6. §. 7. quæſtionem affirmativè decidimus, elegantiſſimum Carpzovii reſponſum ad verbum huc apponentes, qvod dubitandi & decidendi ſimul exhibebit rationes. Habet ihr eine zeithero etlicher Gerichtfertigter armen Sünder Cadavera ſecirt, und nachmahls bey Gerbern / Reimern und andern / ſo mit Heuten und Fellen umbzugehen pflegen gerben und zurichten laſſen wollen / deſſen ſich aber gedachte Handwercker verweigert / mit fürwänden / als wenn ſie dadurch an ihren Ehren und guten Nahmen benachtheiliget würden und auß den Zünfften geſtoſſen werden möchten. Ob nun wol an dem / das ein armer Sünder durch die ihm zuerkante Todes-Straffe

Anrüch-

Anrüchtig und Ehrloß wird / derowegen männiglichen außerhalb seines Ambtes und des Nohtfals sonderliche Gemeinschafft mit ihm zupflegen nicht unbillig bedencken träget: Dieweil aber dennoch durch die außgestandene Todes-Straffe der Verbrechere / solche Infamia so woll / als das Delictum selbsten gäntzlich purgiret und auffgehoben wird / also / das hernacher an dem Cadavere keine Macula mehr verhanden / noch auch zwischen demselben und anderen verstorbenen Menschen-Cörpern einiger Unterscheid ist / derowegen auch solcher Cadaverum sectio und Anatomia zurecht Zuläßlichen / darüber auch das Bonum publicum die Zurichtung der Menschen-Häute / als welche zu vielen nützlichen Sachen gebrauchet werden mögen / erfordert. etc. So haben sich obgedachte Handt-Wercker mit ihrem Einwenden nicht zubehelffen / sondern sie sein nach vorbrachter Antomia die Menschen-Heute zu gerben schuldig / und mögen dannenhero an ihren Ehren von niemand angegriffen noch auß den Zunfften gestossen worden / in ferner Verwegerung auch werden sie hierzu von der Obrigkeit durch gebührliche Zwangs-Mittel billig angehalten. V. R. W. Mens. Febr. An. 1631.

Illud autem in dubium esse arbitramur non duntaxat *invitos* cogi officio Magistratus maximè *infimi ordinis cives* posse ad efferendum Carnificis funus; quod non ita pridem hic Rostochii factum esse mihi relatum est: sed & *invitos* compellendos esse, ut reliquias hominis præprimis non malefici, sed vel in viâ publica aut alibi mortui deprehensi, (cui cum *funerali processu* sepulturam denegare, partium omnium dissectione & inspectione â Medicis publicè riteq; explicatâ, charitatis Lex ac Religionis favor inhibent, cum idem & in maleficis publicâ pœnâ affectis & ad anatomiam concessis, observari debere asserat Harpr. *ad Tit. Inst. d. Obl. quæ ex Delict. nasc. §. 5. n. 115.* moribusq;. Rostochiensibus extestimonio Everhardi Speckhan. *Cent. 1. Quæst. Jur. 8. n. 4.* Francofurtensibus ex relatione Arithmæi *Disp. 1. Coll. Crimin. assert. 8. in fin.* aliorumq; locorum vid. Francis Ripa, comprobat) & Medicis ad secandum concessi efferant ac terræ mandent. 62. 63. 64.

Missis muneribus Ecclesiasticis, Civilibus, & Sordidis, ad munera pergimus *Militaria*, ad qvæ subenda *Jure Romano* antiqvo cives *invitos* cogi potuisse haud obscurè colligere est, *ex* L. 4. §. 10. & 11. ff. d. Re milit. adeò, ut illis saltem exceptis, qui militare non possunt, qvos videsis *in* L. *Proditores* 7. L. 4. *l. qui statu.* 8. L. *ab omni* 11. ff. d. Re 65.

66. *ff. d. Re milit. & t. t. C. Qui milit. non poſſ. Lib.* 12. qviq; ætate aut privilegio aliquo excuſantur *t. t. ff. D. Vacat. & Excom. & t. t. C. Qui ætat. ſe excuſ. poſſ. cum tit. ſeq Lib.* 10. qui ad edictum olim non reſpondiſſet, ut proditor libertatis in ſervitutem redigeretur L. 4. §. *Qui poſt.*

67. *ff. d. Re milit.* qviq; filium ſubtraxiſſet militiæ tempore belli, exilio & parte bonorum mulctaretur, pacis verò tempore fuſtibus cædi juberetur. L. 4. §. 11. *d. t.* nec extra Legis cenſuram eſſent, qui ſemet ipſos debilitarunt, qvò bello inutiles forent. Vid. Gothof. *ad L. 4. de Re milit. Lit. J.* ubi iſtius modi belli refugas jocaliter *ab Innocentio inibic. l.* Murcos dictos fuiſſe addit, jungatur Cujac. *25 Obſ.*

68. *ult.* Germani *hodiè* ex prætensâ Germaniæ libertate der alten teutſchen Freyheit. Mev. *ad jus Lub. Lib.* 1. *tit.* 2. *art.* 1. *n.* 5. non coguntur *inviti* nomen militiæ profiteri, adeò, ut liberum illis ſit exteræ militiæ & ſervitiis aliorum Principum, dumodo non hoſtium Imperii, nomina dare ſua. Receſ. Imp. *d. A.* 1578. §. derſelben. Gail. *Lib.* 1. *d. P. P. cap.* 4. *n.* 34. Quod tamen Jure Lubec. reſtringitur *per dict. art.* 1. Ut, *Invito Magiſtratu* id Civibus Lubec. neutiquam

69. integrum ſit. Sicuti autem per hactenus dicta juri Sequelæ Germ. der Heers-Folge/ quod Principibus Imperii vi Superioritatis territorialis competere hodiè docet Knichen. *Tr. d. Sax. non provoc. jur Cap.* 5. *n.* 511 & *in Tract. d. Jur. terr. Cap.* 3. *n.* 413. Sixtin. *d. Regal. Lib.* 2. *t.* 1. *per totum. jungatur* Mev. *d. l.* nil derogatum volumus, de qvo

70. vid. Beſold: *Theſ. Pract. verb.* Folge. & Wehner. *voc. eâd jungatur* Hahn. ad Weſenb. *Tit. d. Re milit. n.* 2. Echolt. & Struv. *eod. Tit.* Ita indubiè concludimus: Cives hodiè adhuc ad militiam pro Salute Reipubl. vel pro Religionis defenſione ſubeundam *invitos* cogi poſſe. *Vid.* Schnobel. *Diſp.* 25. *n.* 25. Non enim licet civi, qui jura

71. Civitatis recipiendo ſe ejus defenſioni mancipavit atq; obſtrinxit, qvod civitati debetur, declinare *L. Si quis Decurio. 85. C. de Decur.* Sed id denegans rectè impius audit *L. Un. C. Si curial. vel civit. jus hab.* Quare *inviti* rectè, ad qvod ſuapte ſponte Reipubl. præſtandum non veniunt, compelluntur.

72. Cum quodammodo *Juris Publici* dicatur teſtimonii dictio Weſenb. *ad Tit. d. Teſt. n.* 2. L. *Curent* 22. *ff. eod. junctâ* L. 16. *C. eod.* proqve *publico* & *neceſſario* habeatur munere teſtimonium perhibere Gail. 1. *Obſ.* 100. *n.* 2. Spec. *tit. d. Teſt. §. penult. n.* 6. *per L.* 1. *ff. d. Teſt.*

Jura

Jura salubriter constituêre, *invitos* etiam & *reluctantes*, ut testimonium perhibeant, tàm in causis criminalibus, qvàm civilibus
L. 16. & 19. C. d. Test. junctâ L. fin. C. d. Fid. Instrum. si se vel odio, vel 73.
favore vel timore subtrahere judicio conentur, Perez. ad tit. C. d. Test. n. 11. â Judice ordinario ejusqve Delegato & Commissario cogi posse. d. L. 16. & 19. C. junctâ L. 22. ff. d. Test. & L. 4. ff. Qvemad. test. aper. tt, X. d. Test. Cog. Compelliqve vel captis pignoribus 74.
vel mulctæ indictione L. 1. §. 3. ff. d. Vent. inspic. L. 3. §. 9. ff. d. Tab. exhib. cap. 2. X. d. Test. cog. Lauterb. ad Tit. d. Test. Brunn. ad 2 L. & 3, ff. eod L. 2. & 3. ff. eod. Mev. ad Jus Lubec. Lib. IV. tit. 7. art. 10. Vel mandatis pœnalibus vid. Brunn. in Proceff. Civ. c. 20. n. 59. Imo etiam
Banno. Gail. d. l. n. 12. & pr. Idq; rectè ob Publicam receptum utilitatem dicitur. Interest enim Reipubl. ne veritas occultetur text. in c. quanqvam 14 q. 2. â testibus ad veritatem eruendã adhibitis c. 1. X. d. Test. neque celando veritatem cum mortali peccato c. Quisquis 11. qu. 3. Eelin. in c. 1. n. X. De Testib. jus suum alicui malitiosè interverta-
tur c. fin. d. Test. cog. Wes. ad Tit. de Test. n. 8. n. 2. Carpz. P. 1. Const. 16. Def. 17.
Quod ampliant Ddres ut procedat etiam illo casu, quo qvis 76.
uravit, nolle se testimonium perhibere; cum tale juramentum non sine peccato servari possit, celante veritatem *per proximè dicta* mortale peccatum committente. Quare istiusmodi jura- 77.
mentum tanquàm temerarium, illicitum & contra bonos mores præstitum non est obligatorium, neq; non servanti infamiæ notam inurit, qui potius propriâ authoritate eidem contravenire poterit, vid. Gail. 1. Obs. 100. n. 3. inibiq; allegata jura & Dd.
Non autem â necessitate dicendi Testimonii absolvuntur 78.
Clerici in causa Laicorum, maximè, si veritas aliter haberi neqveat. Virgil. Pingitz. Qvæst. 35. Matth. Colerus Part. 1. Decis. 211. & Part.
2. D. 140. Gail. 1. Observ. 100. n. 16. Sicuti enim hoc casu idem obti- 79.
net in reliqvis Personis privilegiatis per L. Inviti ff. d. Test. c. Si testes §. item in L. Juliâ Public. Judic. 4. q. 3. publicâ utilitate, quæ in
veritatis testimonio versatur. Gail. d. l. n. 15. privato favori præpon- 80.
derante. Carpz. P. 1. C. 16. D. 69. Ita & Clerici perhibitione veritatis, præviâ juramenti præstatione arg. L. Jurisjurandi. 9. §. 1. C. d. Test. can. Hortamur 10. C. 3. q. 9. c. tuis. X. d. Test. Hipp. de Marsil. singul. 241. n. 7. Coler. d. l. n. 7. Jungatur 2. c. Nuper nobis 51. X. d. Test. non
obstante

obstante *Auth. Sed Judex. C. d. Episc. & Clericis Vid.* Carpz. *d. l., n.* 11. & 12. se non possunt subtrahere, sed ad testificandum *inviti* compellendi sunt.

81. An *autem Clerici* inviti *cogi possint, ut confessionem sibi factam Superiori manifestent ac edisserant?* non impertinenter hic quæritur. Et verior est sententia: Tantum abesse ut *inviti* cogi possint ut potius si sibi credita revelent, ipsorum testimonium, ceu fide indignum rejiciatur & nil quicquam operetur per *c.* 13. *X. d. Excess. Prælat. c. Sacerdos* 2. *d. Pœnit. dist.* 6. *& c.* 2, *X. d. Offic. Jud. Ord.* Mascard. *d. Probat. Vol.* 1. *Concl.* 377. Mynsing. *cent.* 5. *Obs.* 41. *n.* 4. Gail.

82. 1. *Obs.* 100. *n.* 8. Desineret enim secretum esse confessionis, si revelata divulgare Sacerdotes cogi possent, ut in simili loqvitur Ulpianus *in L.* 1. *§. Si qvis tabul.* 18. *ff. Depos.* qvos oporteat illa, qvæ ipsis ceu Christi Vicariis explicata sunt, ne qvidem scire. *Cap.* 2. *X. d. Off. Jud. Ord.* Qvorsum pertinet sententia Beati D. Lutheri *in Colloq. Germ. Cap. XIV. fol.* 191. *in Tom. Jen.* ibi: Sie hat mir nichts gebeicht/ sondern dem Herrn Christo/ und weil es Christus heimlich hält/ so soll ichs auch heimlich halten/ und sagen: Ich habe nichts gehöret: Hat Christus was gehöret/ so sage ers: Et Paulo post: Ist sie absolvirt/ da weiß ich D. Martinus nichts umb/ sondern Christus weiß es/ mit welchem sie geredet/ denn ich höre nicht Beicht/ absolvire auch nicht/ sondern Christus &c. *Vid.* Carpz. P. 1. *C.* 16. *D.* 70. Brunnem. *ad L.* 8. *ff. d. Test. Et in* Proces. *Civ. Cap.* 20. *n.* 61. Ubi tamen duos excipit casus,

83. (1.) Si versetur confessio in Delicto committendo, & (2.) Pericu-
84. lum sit, nisi revelentur dicta', innocentem opprimi; additq; hisce casibus â Confessi nomine abstinere oportere Clericos. vid. Gabriel *Lib.* 7. *tit.* 7. *d. Malef. Concl. ult. n.* 17. Menoch. *d. A.* 7. *Q. Cas.* 180. *n.* 21.

85. Vidimus hactenus qvomodo qvis *invitus* cogi possit, ut munera subeat publica tàm Civilia, quàm Militaria, tam Ecclesiastica quam Secularia, tàm Honestiora, quam Sordida, quâq; ratione invitus ad dicendum testimonium compelli possit intuitu *Salutis & Utilitatis Publicæ:* Visuri jam sumus quomodo eadem *Publicæ Utilitatis ratio invitum* adigat *Patrem*, ut faciat aliquid qvod cetero-
86. quin facturus non erat. Ubi missâ alendi necessitate, qvam Pietatis Jus Parentibus injungit *L.* 5. *pr. §.* 2. *& 12. ff. d. Agnosc. vel Alend. Lib. & L. ult. §.* 5. *C. de Bon. qvæ Liber.* qvosq; *invitos*, ut ex se natis alimen-

mentâ præstent, ex ductu æqvitatis charitatêq; sanguinis, Judex
compellit. *d. l. 5. §. 2. & 11. junctâ L. fin. C. eod.* 87

Ad Dotis constitutionem dandosq; Studiorum Sumptus pedem promovemus, principe loco de DOTE acturi, ad qvam filiæ in sacris paternis constitutæ dandâ Patrê Officio Judicis Nobili *invitum* cogi posse, satis apertè innuit JCtus Marcianus *in L. 19. ff. d. R. N.* ubi Patrem filiam dotare *nolentem* per Præsidem cogi debere respondet, jung. 88
L. 7. C. d. Dot. promiss. Præterqvam enim, quod Dotis dationem Patris votum L. 22. §. *penult. ff. ad SCt. Trebell.* Pietas *L. 34. ff. d. N. G.* & Officium L. *ult. C. d. Dot. promiss.* ab *invitis* exigant, sanè Reipubl. Utilitas eandem *invitis* imperat. *Vid.* Brunn. *ad L. 19. ff. d. R. N.* Utpote cui expedire dicitur, mulieres non esse indotatas L. 2. *ff. d. Jur. Dot.* cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam *l. 1. ff. Solut. Matr.* Aristot. 2. *Polit. 7.* replendamque civitatem Liberis hominibus L. *7. §. 3. ff. d. Bon. Damn.* maximè dicatur esse necessarium, L. *1. in fin. ff. Solut. Matrim.* i. e. utile *vid.* Gothof. *ad h. L. Lit. I.* jung. L. 2. *ff. d. Jur. Dot. inibique* Brunn. & Ddres.

Nec aliter se res habet in suppeditandis filio Studioso Studiorum Sumptibus; Cum enim Ddres. Studiorum impensas non sine causâ cum iis comparent, quæ *Publicam Utilitatem* concernunt. 89
Felin. *in c. cum dilecta X. de Rescript. n. 16.* Dn. Mev. *Consil. 46. n. 33.* Harpr. *ad §. 2. J. d. Donat. n. 85.* Studiorumque favorem æqvè magnum esse ac ipsius Reipubl. ex L. 1. *C. qui æt. at. vel profess.* probet Stryk. *in Tr. d. Succes. ab. Intest. Disc. 11. cap. 3. §. 8. in med.* favor Rei- 90
publ. ejusque utilitas exigit â Patre, ut *invitus* filio Studioso debitas impensas submini stret. Pontan. *d. Aliment. Cap. 7. n. 4.* Rebuff. *d. Privil. Univ. 53.* Pruckman. *Cons. 35. n. 95.* Brunn. *de Collat. cap. 4. n. 165. seqq.* quod (1) probatur argumento ab Alimentis ad Studio- 91
rum Sumptus petito, de quo vid. Dn. Damm. *in Disp. quam nupere tempore sub Præsidio Præ. Nobilissimi* Dn. Præsidis *defensitavit de* Donatione Præsumptâ *Cap. 2. n. 22.* (2) quod Pater hosce sumptus *ex debitâ* pietate facere dicatur L. *15. C. d. N. G.* L. *50. ff. Famil. Ercisc.* (3) quod Tutor cogatur impensas facere in studia pupilli 92
L. *De bonis. 6. §. non solum 5. ff. d. Carbon. Edict.* L. *45. ff. d. N. G.* multò magis ergo Pater, qvi naturalis â Deo liberis est constitutus Tutor. (4.) qvod cesset exceptio SCti Macedoniani in sumptibus filio 93
studio-

ſtudiorum cauſa ſuppeditatis L. 7. §. 3. *ff.* & *L.* 5. C. *ad SCtum Maced.* unde ſeqvitur, Ergò ad eos dandos Patrem cogi poſſe. (5.) Qvia
94. Pater ad illorum refuſionem tenetur, licet expreſsè prohibuerit ſuppeditari, vid. Stryk. *Tr. d. Cautel. in Contr. Neceſſ. Sect. 3. Cap. §. 1. 2. in fin. & alleg. Diſp. de Donat. Præſumpt. cap. 2. n. 206. ſeqq.* Ergo multò magis ad eosdem ſuppeditandos imploratò Judicis Officiò Nobili cogi poteſt, quæ etiam communis Ddrum eſt ſententia. vid. Brunner. *ſup. all. loco. inibiq; plenâ manu adducti Ddres.* quam omnes tamen de illo intelligunt caſu, ſi Patris Conſilio & Voluntate StudiisOperam navare cœperit.

95. *An verò Pater etiam hoc caſu* Invitus *ad ſubminiſtrandas Studiorum impenſas cogi poſſit, ſi filius* Ipſo invito *ſe Muſis conſecraverit, qvæſtio eſt altioris indaginis?* circa quam, mirum eſt, in quam diverſa Juris-Conſulti ſententiarum abeant divortia. Negativæ pa-
96. trocinantur poſt Gloſſ. Bartol. Menoch. & *alios* Zanger *d. Except. Part. 3. c. 12. n. 60. ſeq.* Donell. *Enucl. Lib. 12. cap. 27. Lit. F.* Schnobel. *Diſp. 9. th. 23.* Caroc. *d. Remed. contra ſentent. Except. 87. n. 8. aliiq;* à Lauterbach. *in Compend. Juris Civil. p. m. 197. allegati Ddres.* Ex hiſce rationibus, quod (1.) Patris conſilium in Jure cenſeatur optimum *per L. Nec in ea 22. §. fin. ff. Ad* L. *Jul. d. Adult.* (2.) qvod effectus ſit Patriæ Poteſtatis, ne filius *invito Patre* certum vivendi genus ſibi eligat *arg. pr. J. d. Nupt.* (3.) quod ſaltem ex præſumtionibus colligendum ſit, an Pater filio Studiorum Sumptus donârit *per* L. 50 *ff. Famil. Erciſ.* qvâ præſumptione opus non foret, ſi *invitus* ad eosdem. adſtringeretur (4.) qvòd contrariæ ſententiæ Patroni textu legis deſtituantur, quo ſine tamen loqvi JCto non niſi cum rubore fas eſt per L. 19. C. *d. Collat. L. 5. C. d. Repud. L. 13. §. 7. ff. d. Excuſ. Tut.* Carpz. P. 2. *D. 76. n. 42.* Barboſ. *L. 5. cap. 17. axiom. 1. & Lib. 10. cap. 10. axiom. 13.* Ubi docet minus rectè à Ddribus in hunc ſenſum allegari Novell. *18. cap. 5.* Alii verò quæſtionem propoſitam
97. *limitant* in illo, qvi Grammaticam & Humaniora, ut vocant, tractat, ut, cum hiſce præmunitus in omni vitæ genere ſuam inde percepturus ſit utilitatem, Pater ad hoſce ſumptus *invitus* cogi poſſit, non verò ſi filius *ipſo invito* Majoribꝰ ſe mancipaverit Facultatibus. Joan. Anton. Mangil. *Tr. d. Imput. q. 13.* Petr. Barboſ. *in L. 1. ff. Solut. Matrim. Part. 7. n. 26. in fin. inibiq; allegati, jung.* Auguſt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0036
DFG

guſt. Barboſ. *in Collect. Cod. ad L. 5. C. ad SCtum Maced. n. 9.* Alii 98.
omnem rem Judicis relinqvunt arbitrio. Enenkel. *d. Privil. Parent. Privil. 7. c. 2. n. 3. p. 441. & Privil. 12 c. 3. n. 12.* Lauterb. *ſup. all. loco.*
Alii aliis quæſtionem Cautelis ac Limitationibus includunt, de 99.
quibus vid. Brunn. *ad L. 5. C. ad SCtum Maced.* Alii deniq; prære- 100.
quirentes, quæſtionem intelligi de Filio felici ingenio præditô & diſcendi cupido, ſimpliciter affirmativæ ſubſcribunt, ut hoc caſu imploratô Judicis Officiò Nobili Pater cogi poſſit *invitus*, Filio gnaviter ſtudiis etiam *invito Patre* operanti ſumptus ſuppeditare, moti ſequentibus rationibus (α) Quod liberi non ſolis Parentibus, ſed præprimis Reipubl. naſcantur L. 1. §. 15. *ff. d. Vent. in poſſ. mitt.* cujus, cum filii commodo, etiam neglectâ privatâ utilitate, Patri incumbit ſalutem omni conamine promovere. (β) Quod LL. quæ concurrente pietate Patri neceſſitatem ſubminiſtrandi Studiorum Sumptus imponunt, non diſtinguant, an filius Patris conſenſu ſtudia tractet, an verò eo *invito* (γ) Qvod Patria Poteſtas hodiè in Pietate conſiſtat. *l. 5. ff. ad Leg. Pompej. d. Parricid.* ſecundum cujus ductum exigente Reipubl. & Studiorum favore Pater obligatus eſt ſtudia, commodum & honorem filii promovere. (δ) Qvod ſecundum comunem JCtorum ſententiã ſumptus ſtudiorum doti comparentur, vid. *alleg. Diſp.* Dn. Dammen *de Donat. Præſumpt. c. 2. n. 98.* Atqvi ad hanc etiã Pater obligetur, qvamvis *ipſo invito* filia nubat, modò juſtis diſſentiendi deſtituatur rationibus, & conſenſus ipſius ante ſponſalia contracta legitimè ſit reqviſitus, Ergo & Pater cogi poſſit ad ſubminiſtrandas Studiorum impenſas, licet *ipſo invito* filius ſtudiis operetur, modo legitimè Filius ejus Opem imploraverit. Tandem (ε) & ultimo quod Pater Filium *invitum & contra inclinationem naturalem*, quæ â prudente Patre omnia ante probè eſt cognoſcenda ac exploranda, mercaturæ vel alii vitæ generi mancipando vix ac ne vix qvidem felici ſucceſſu ſcopum ſuum ſit aſſecuturus, cum, quæ *invitâ Naturâ* fiunt, rarò ad ſalivam eſſe ſoleant, aut applauſum mereantur, arte tum demum perfectum producente opus, qvando cum naturâ operatur. Huc pertinet illud Plauti: Invitos canes venatum ducere ſummam eſſe ſtultitiam, & Horatii: Tu nihil invitâ dices faciesve Minervâ *de quo ſupr. Cap. 1.* vid. Brunnem. *ad L. 5. C. ad SCtum Macedon.*

Gratian. *Discept. Forens. Tom.* 1. *Cap.* 60. *n.* 23. Harpr. §. 2. *J. de Donat. n.* 98. Brunner. *de Collat. cap.* 4. *n.* 165. *Excellentiss.* Schöepffer *in Disp. de Sumt. Stud. Cap.* 2. *n.* 7. *seq.* à quibus abludere haud videtur *Magnificus* Dn. Lembke / Præceptor ac Fautor meus æviternùm omni obſervantiæ cultu ſuſpiciendus *in elegantiſſ. Diſſert. ſuâ Inaugu-*
101. *rali De Exception. Sti Macedon.* §. 38, quibus & nos calculum noſtrum ſubmittimus, reſolutiones dubiorum publico, bono cum Deo, conflictui, ne modum migret Diſputatio, reſervaturi.

102. Diximus *ſupra hoc Capite n.* 94. Patrem teneri *invitum* ad ſuppeditandos Filio Studioſo Studiorum Sumptus illorumq; refuſionem, etiamſi expreſsè prohibuerit ſubminiſtrari, idq; Studiorum & per conſequens Utilitatis Publicæ intuitu, ut hinc actio negotiorum geſtorum, (quæ cæteroquin *invito* & prohibente illo, cujus etiam utiliter geruntur negotia, locum non habet *per eleg.* L. 6. §. 2. inibi: *Niſi pro invito quis interceſſerit. ff. Mandat.* L. 40. *inibi*: *Te vetante. ff. eod.* L. 53. *inibi*: *Quod ſi pro invito eod. junct.* L. *ult. C. d. Negot. Geſt.* ut potius præſumptæ donationi hic locus eſſe videatur *vid.* Brunn. *ad* L. 40. *ff. Mandat. inibiq; citati.* Ddres *jung. Diſp. ſup. all.* Dn. Dammen
103. *de Donat. Præſumpt. Cap. ult n.* 204.) etiam hoc caſu contra prohibentem Patrem negotiorum geſtori jure propitio detur. *Vid.* Stryk. *Diſp. d. Salut. Publ. Cap.* 2. *n.* 88. *item in Tr. d. Cautel. in Contr. Neceſſ. ſect.* 3. *Cap.* 1. §. 2. *& in Notis ad Inſt. Tit d. Oblig. quæ qſ. ex Contract.* §. 1.
104. *vid. Sæpius alleg. Diſp. De Donat. Præſumpt. Cap.* 2. *n.* 206. Hujus occaſione jam hic notamus, non ſolum antea dicta in repetendis Studiorum Sumptibus obtinere, ſed in genere, quotieſcunq; Salus & Favor Publicus pro *invito* impenſas ſuadent, toties etiam *contra Invitum* dari actionem negotiorum geſtorum. Molin. *d. J. & J. Diſp.* 554. *n.* 1. Gometz. *Tom.* 2. *Reſol. Cap.* 13. *n.* 11. Tiraquel. *de Nobilit. c.* 6. *n.* 38. Romanus *Singul.* 124. Stryk. *d. l.* Brunnem. *ad* L. 43. *ff. de N. G. & ad* L. *fin. C. eod.* cujus regulæ hæc datur ratio, quòd iſtius modi prohibitio, quæ contra *Publicam Utilitatem* eſt, nullius deprehendatur eſſe momenti, & prohibens cenſeatur in effectu non prohibuiſſe, cum jura ob *Publicam Salutem* taliſmodi ptohibitiones non admittant: Sicuti enim pacta, ita & proteſtationes & prohibitiones *contra Publicam Utilitatem* nil operatur. L. 38. *ff. d. Pact. Vid.* Stryk. *l. cit. & alleg. Diſp. De Præſumpt. Donat. d. l.*

Ex

Ex hactenus dictis inferunt Ddrès: Si quis prohibeat domum ru- 105.
inæ proximam reficere contra L. 2. C. d. Ædif. priv, vel funeris impen-
sam suscipere, Surdus Decis. 255. n. 14. Cognatus ad L. invitum 69. n. 7 ff. d.
R. J. Brunnem. ad L. 14. §. 12. n. 82. ff. d. Religios. & sumpt. Fun. vel suis
liberare sumptibus hominem â morte, mutilatione, gravi morbo,
aut carcere. Brunn. ad L. fin. C. de N. G. aut pro muliere maritandâ
facere impensas. Idem d. l. jung. Stryk. d. Diss. d. Sal. Publ. Cap. 2.
n. 88. â refragante & invito principali negotiorum gestorem, non
obstante L. fin. C. d. N. G. & L. 6. §. 2. ff. Mandat. junct. l. 40 & 53. eod.
hasce impensas repetere posse.

Sicuti autem per hactenus dicta Dominus ruinosæ domus In- 106.
vitus negotiorum gestori impensas in ejus refectionem factas, te-
netur refundere, Publicâ Utilitate hanc necessitatem eidem impe-
rante: ita eadem multo magis Publica Salutis ratio invitum adigit 107.
Dominum, ut undiquaq; ventorum flatibus patentes amœnissimiq;
urbis aspectus deformitatem minitantes. L. 2. C. d. Ædif. priv. ædes
ipse suis sumptibus reficiat. per L. 7. ff. d. Offic. Præs. ubi eleganter
respondet JCtus Ulpianus: Præsidem Provinciæ Dominos ædifi-
ciorum ad eadem reficienda compellere debere, & ita deformi-
tati auxilium ferre, cum quo convenit responsum JCti Pauli
in L. 46. ff. d. Damn. infect. ubi ad Curatoris Reipubl. offici- 108.
um spectare docet, ut dirutæ ædes reparentur, & Rescriptum
Impp. in Leg. 8. C. d. Ædif. priv. ubi invitos ad reparationem ædi-
um Judiciariâ Authoritate compellendos esse constituêre, idq; vel
captis pignoribus, vel indictâ mulctâ, L. 7. ff. d. Offic. Præs. Quod si 109.
autem paupertate pressi, aut bonis lapsi & exuti suis facultatibus re-
ficere nequeant ædes, Publicum illarum curare reparationem ju-
betur, ita, ut si Dominus ad tempus pecuniam impensam cum usu-
ris non restituat, Respubl eas invito Domino jure distrahere vende-
req; possit per L. 46 ff. d. Dam. infect. Imò hoc casu invitus Domi-
nus compelli possit, ut alteri reficere volenti justo pretio ruinosam
domum vendat arg. L. 7. ff. d. Offic. Præs. Roman. Singul. 784. Cœpoll.
d. S. U. P. Cap. 9. n. 4 pertinet enim ad decus urbium ædificia non
derelinqui L. 20. §. 10. ff. d. Nov. Oper. Nunciat. nec ruinis urbem de-
formari L. 2. §. 17. & L. ult. in fin. ff. Ne quid in loco publ. L. 2. C. d. Ædif.
priv. vid. Cœpol. Cap. 59. Stryk. d. Cautel. Sect. 3. Cap. 1. §. 2.

110. Quod autem de ruinosis ædibus diximus, ad desolata etiam loca, aream puta, in quâ olim ædes steterunt, maximè versus Plateam urbis majorem & venaliorem der grossen Handel Strasse ob eandem *Publicæ Utilitatis* rationem, pertinere arbitramur, sc. ut & hoc casu Magistratus civem *invitum* sub privatione loci, si quidem dives sit, compellere possit, ut desolata in urbe reædificet, aut si durâ paupertatis prematur mole, adigat nolentem, illis, quibus media suppetunt, quiq; suis sumptibus eadem reædificaturi sunt, justô pretio vendere, ne ex neglectu structuræ publicus aspectus deformetur, vicinisq; grave inde oriatur incommodum in civitatis dedecus & detrimentum redundaturum. *Vid.* Mev. *Part. VIII. D. 239.* ubi id præjudicio Wismarienſi confirmat.

111. *An autem hoc casu Civi ædes suas post ruinam in hortum aliumve usum convertere liceat, quo refectionis evitet impensas, an verò & hoc casu* invitus *cogi possit jussu Superioris, novum areæ imponere ædificium, non incommodè hic quæritur?* Et putamus totam rem ex arbitrio Magistratus, non verò areæ Domini dependere, adhibitô insimul Vicinorum consensu, habitôq; ad retrò judicata in eodem Controversiarum genere respectu, qualiter rescribit Imp. Alexander in notabili L. 3. *C. D. Ædif. Priv. Conf.* Mev. *d. Part. VIII. D. 239.*

112. Brunnem. *in Comm. C. ad Tit. de Ædif. privat.* ubi addit, morem Civitatis omnia ante Judicem oportere advertere.

113. Nec aliter se res habet in Publici Putei refectione, ad quam vicini *inviti* contribuere tenentur *per text. express.* L. *Ad portus.* 7. C. *d. Oper. publ. vid.* Mev. *Part. IV. D.* 130. etiamsi eô nunquam utantur, nec uti velint. Roman. *Singul.* 86. Jason. *in* L. 2. C. *de Jure*

114. *Emphytevt. jung.* Gail. *l.* 2. *Observ.* 56. *n.* 6. ubi hanc addit rationem: Quod puteus publicus sit communis pluribus ut Universis, ideò attendatur voluntas majoris partis, non singulorũ *per* L. *Quod*

115. *major.* 19. *ff. Ad Municip.* Non refragabor tamen illis, qui consvetudinem cujusq; loci & hic attendendam esse arbitrantur.

116. Prædiis Urbanis adhærere servitutes constat. *ex §. 3. J. d. Servit. Rust. prad. L.* 1. §. 1. L. 6. *Comm. Prad.* quare exposito jure *inviti* circa Ædificia, pergimus jam ad jura *inviti* circa Servitutes, ubi notabilis occurrit Casus circa servitutem Cloacæ, omnium sanè fœdissimam,

117. quo quæritur: *An quis prohiberi possit in pariete suo Latrinam ædificare vicino*

vicino contradicente ac de fœtore & ingrato aspectu conquerente; Et nulli dubitamus in Negativam cum JCtissimo Carpz. *Part.2.D.108.* abire sententiam, moti rationibus ibi adductis, ad quas brevitatis studio B. L. remittimus, modò (1) Latrinã ædificans observaverit spatium, quod Statuta locorum ædificanti præscribunt. (2) modò eandem non versus viam aut plateam publicam habuerit, sordesq; & excrementa in eandẽ cũ dedecore ac detrimento Publicæ utilitatis defluxerint, hoc enim casu cogi posse civem, ob rationẽ *L.2.C.d.Ædif.priv*, ne turpi istius modi aspectu ingratoq; fœtore in viâ publicâ versantibus noceat, *invitum*, aut alibi latrinam exstruere, aut ne sordes effluant, cavere, autumamus, qualiter non ita pridem judicatum esse in causa D. M. contra D. R. W. ab Amplissimo hujus Urbis Senatu refert *Præ-Nobilissimus* Dn. Præses. 118. 119.

Alius occurrit casus in *L.3.& 6. C. d. Metall. Lib.* 11. *tit.6.* ubi licet jure ordinario cæteroquin citra servitutem, alienum, *invito* Domino, ingredi agrum non liceat L. *Per agrum* 11. *C. d. Servitut. & aqua.* ne quidem ad quærendum Thesaurum *L. unic. vers. in alieno*, C. *d. Thes. L.* 10. ob Utilitatem tamen Publicam hoc, *invito Domino*, concessum est. v.g si vena Marmoris vel Metalli appareat *alleg. L.3. &6.* C. quia enim ipse Dominus neglexit in suo fundo metalla quærere, Princeps ob Utilitatem Publicam alii hoc justè concedit, ut ea investiget & in Publicum usum extrahat. Dn. Brunnem. *ad L.* 6. C. *d. Metall.* Peregrin. *d. Jure Fisci l. 4. tit.2.n.fin.* quanquàm hic casus, cujus ob materiæ connexitatem hìc meminimus, potiùs ad sequens pertineat caput; Jungatur interim Excell. Stryk. *in Disp. d. Publ Sal. Gail. Cap. 2. n 92. seqq. ubi n. 105. cum* Brunnem. *ad* L. 13. §. 1. *ff. Comm. Præd. n.* 3. docet in genere, ex Publicâ Utilitatis causâ cogi posse aliquem ad vendendam vel constituendam Servitutem. *vid.* Cœpoll. *De Servit. Rust. Præd. Cap. 22. n.* 4. *aliique* à Brunnem. *alleg.* Ddres. 120. 121.

Inde est, *vid.* Brunnem. *ad.* L. 11. C. *d. Servit. & Aqv.* Stryk. *d. l.* quòd si Via Publica vel fluminis impetu vel ruinâ amissa sit, vicinus proximus *invitus* viam præstare cogi possit *per* L. 14. §. 1. *ff Quem adm. serv. amitt. inibique* Brunnem. *& ad l.* 11. C. *d. Serv. & Aqv.* ubi addit: Hoc casu non ordinariæ actioni, sed Officio Nobili Judicis locum esse. *Jung.* Stryk. *d. l.* itemque Loci pretium Domino 122.

à Fisco

à Fisco etiam hodiè restituendum esse, Natta *Consil.* 534. *n.* 25. *tit.* 3. Hippol. Riminold. *Lib.* 2. *Consil.* 199. *n.* 181. & Busius *ad Leg.* 14. *Quemadm. Serv. amitt.* licet contradicat Gloss. *in alleg. l.* 14.

123. Accedimus jam ad Contractus visuri, quomodo & in his *Publicæ Utilitatis ratio* nolentibus, ac *Invitis* conttahendi necessitatem injungat, ubi missis Realibus, Verbali, Literali, ad frequentissimam contractus Consensualis principē speciem, puta, *Emptionem & Venditionem* pedem promovemus: certi, quòd quamvis regulariter nemo *Invitus* ad emendum vendendumve compelli possit, L. *Invitum* 11. C. *d. Contrab. Empt.* L. *Nec emere* 11. C. *d. Jur. Delib.* etiamsi Judæus sit. Brunn. *ad. L.* 9 C. *d. Judæis.* in tantum, ut coacta venditio rescindi debeat. L. 1. C. *d. Rescind Vend.* sique quis per concussionem & Officialiū impressionē vendere coactus fuerit, restitutionē absque refusione pretii petere valeat L. *Per impressionem* 11. C. *d. His quæ vi met. caus.* ob Utilitatē Publicam tamen & hæc Comercio-
124. rum libertas circa merces importandas & exportandas limitari debeat. Marquard. *De Jur. Merc. Lib.* 1. *Cap.* 3. *n.* 27. Struv. *Exer.* 32. *th.* 7. Stryk. *d. Salut. Publ. Cap.* 2. *n* 97. Brunn. *Exer. Instit.* 1. *Tit.* 8. Quod enim facultatem importandi merces attinet, verum quidem est, *invitum* neminem cogi posse, ut in loco aliquo merces suas venundet. Valasc. D. 12. *n.* 1. Molin. *d. J. & J. Tom.* 2. *Disp.* 347. *n.* 3. Vasqv. *Controv.*
125. 17. *n.* 4. Mev. *ad Jus Lubec. Lib.* 3. *tit.* 6. *art.* 7. *n.* 7. Exceptio tamen est in Civitate, cui competit Jus Stapulæ Plenum. *Conf.* Scwend. ad Eckholt. *ad Tit. De Nundin.* die Staffel-Gerechtigkeit oder Niederlagen / vi cujus ex Imperiali concessione vel immemoriali præscriptione nonnullæ Civitates id privilegii habent, ne quis easdē prætervehere aut navigare possit, sed merces ibidem *invitus* venum
126. exponere cogatur, quale in Rheno habent Colonia Agrippina, Moguntia, Spira; Ad Danubium: Ratisbona, Ingolstadium, Passavium; In Visurgi Brema: in Albi Magdeburgum & Hamburgum *Vid.* Mev. *d. l. inbig. all. Ddres.* quibus jungatur Wehner *in Obs. Pract. voce* Staffel-Gerechtigkeit. Limnæus *d. Jur. Publ. Lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 130. *seqq.*

127. Secundo, qvòd quamvis nemo cogi possit, ut huic & non alii vendat, libertate Commerciorum Jure Gentium liberâ L. *Ex hoc jure. ibig.* Jason *& alii ff. d. J. & J.* Roland à Vall. *Cap.* 32. *n.* 61. *v.* 4. adeò, ut nec Magistratui vel Domino terrarum jus sit cogendi subditos

ditos, ut fruges vel Victualia ipsi non aliis, pro prètio, ut ut æqvo, vendant, Mev. *Part.* 2. *D.* 279. *per tot.* Publicæ tamen Utilitatis ef- 128.
fecit ratio, ut Jure Lubecensi advena seu peregrinus Merces in ci- 129.
vitatem translatas nemini, nisi civibus vendat, nec extraneis in civitate degentibus easdem vendere possit, sub comminatione pœnæ arbitrariæ. Jus Lubec. *Lib.* 3. *tit.* 6. *art.* 7. *inibi*; Mev. ubi *n.* 5. hujus statuti æqvitatem defendit: Imò aliis in locis, ne omnibus qvidem civibus, sed Mercatoribus duntaxat vendere possit, qualem hic Rostochii vigere observantiam Mercatorum Ordo acriter urget. Id tamen Peregrino denegandum non est, si nolit 130.
invectas vendere merces, quod possit easdem soluto jam antea vectigali, sine novo iterum exportare. Goden. *Cap.* 7 *n.* 2. Petrus Anchoran. *Quæst. Fam.* 17. *p.* 3. Fr. Caldas. *Quæst. For.* 12. *n.* 4. *l.* 1. Mev. *all. loc. n.* 11. *ubi n.* 6. addit: Quodsi Advena merces, quas 131.
vendere nequit, ad occasiones cupiat deponere, Germ. Aufföllern oder auflegen / id quidem eidem permittatur, sub hâc tamen conditione, ut si postea vendere velit, *invitus* civibus & non peregrinis vendat.

Alibi locorum Statutis commerciorum libertatem hisce 132.
cancellis inclusam restrictamque videmus, quòd nemo alienâ pecuniâ & alterius nomine frumenta, lanam aut similes merces, quas Peregrini in urbem apportant, comparare debeat, das niemand mit frembdem Gelde / Korn und andere ankommende Wahren kauffen soll. Item quod Exteris res suas per urbem exportare aut apportare non sit permissum; das denen frembden nicht verstattet werde ihre Kauffmans-Gutter in die Stadt zu Lande zu bringen und hernach zu Schiffe in andere Ohrter außzubringen & vice versâ, quorum Statutorum meminit *idem* Mevius *n.* 20.

Quod autem facultatem exportandi merces attinet, indu- 134.
bii juris est, cum hoste mercari ipsique merces, quas Galli vocant *Marhandises de Contrebande* vendere, prohibitum esse *l. t. C. quæ res export non deb. quorsum & pertinet l.* 11. *eotem ff. d. Publ. & vectig.* cujus ratio est in *l.* 2. C. *all. tit. vid.* Brunn. *ad* L. *t. eod. Jung.* Marquard. *d. Jur. Mercat. cap.* 1. *L.* 2. *n.* 38. Hodiè quid nomine mercium ve- 135.
titarum, der Wahren von Contrebande veniat, videre est ex Tractatu Maritimo inter Regem Galliæ Ludovicum XIV. & Civitates Hanse-

Hanſeaticas Anno. 1555. inito & publicato; quem exhibet Marquard. *p. poſt. ſub. Lit. B. p. 27. art. 2.*

136. Illud interim ambabus largimur, ex Publicæ Utilitatis ratione Principem aut Magiſtratum edicto cavere poſſe, ne frumentum tempore annonæ caritatis exteris vendant, ſiq; planè vendere nolint, *invitos* cogere victualia etiam publicæ venditioni non oblata, juſtô Civibus pretio venum exponere *L. 1. §. 11. ff. d. Off. Præf. Urb. L. 27. ff. d. Uſufr.* L. *fin. Ad L. Jul. de Annon.* L. *6. ff. d. Extr. Crimin.* vid. Mynſing. *ſ. Obſ. 27. n. 3.* B. Redeker. *in Exam. Inſt.*

137. *§. 2. ad tit. d. His qvi ſui vel alien. qvæſt. 7.* Qvo etiam caſu Magiſtratus compellere poteſt *invitos*, pro evitanda Cariſtia frumenta & alia ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria in tempore coëmere. L. 1. *C. Ut nem. liceat. in empt. ſpec. ibiq;* Perez. *n. 3.* Menoch. *Caſ. 137. n. 13.* Koeppen. *Def. 59. n. 3. & 18.* Stryk. *dict. Diſp. d. Salut. Publ. Cap. 2. n. 98.*

138. Reliquos caſus, quibus *invitè* emere vendereq; coguntur, extra Publicæ Utilitatis rationem exhibet *alleg.* Redeker *d. l. cui jung.* Franzk. *ad Tit. ff. d. Contrab. Empt. n. 83.* Coll. Jur. Arg. *all. tit.* Covarruv. *Lib. III. Variar. Reſol. Cap. 14. n. 8.* Gomez. *Var. Reſol. Lib. 2. c. 2. n. ult.* Joan. Baptiſta Nicol. *in Repert. Regul. Jur. Civ. & Pontif. Lib. 19. p. 437. aliiq;.*

139. Emptioni Venditioni proxima eſt Locatio Conductio *pr. J. & L. 2. ff. Locat. Conduct.* quæ, cum iisdem cum emptione fere judicetur regulis *d pr.* eandem, qvam in materia emptionis ſuppeditavimus, hic regulam repetimus, quæ fundata eſt *in* L. *Invitos C. Loc. Conduct.* ſc. neminem *invitum* compelli poſſe, ut rem ſuam alteri locet. *vid. Cornel.* Benincaſius *d. Privil. Paup. 7. ſpec. p. m. 880.* Brunnem. *ad* L. *all. 11. C.*

140 Quæ quamvis regulariter procedat Definitio, *publicæ* tamen itidem hic *Utilitatis* ratio eandem infringit, in caſu Scholarium aut. Studioſorum, quorum intuitu, quo in Academiis ſtudia commodè ſua in Reipubl. Literariæ decus ac emolumentum abſolvere poſſint, Dominus ædium ex communi Ddrum ſententia *invitus* cogi poteſt pro juſtâ penſione locato easdem concedere. vid. Horat. Lutius *d. Privil. Scholar. Priv. 7. cum inibi plenâ manu all.* Ddribus *ubi privilegio ſequenti addit:* Dominum Scholaſticum

141. conductorem ne expellere quidem poſſe, etiamſi ad proprios uſus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0044
DFG

sus ædibus indigeat & *Privil. 41.* præferri Scholarem aliis, si eandem obtulerit pensionem. *Jung.* Cornel. Benincas. *d. Privil. Paup. d. 7. spec. n. 14.* Mynsing. *4. Obs. 23.* Brunn. *ad* L. 32. *C. Locat. Conduct.* & Lauterb. *ad tit. ff. Loc. Cond.* ubi idem Privilegio Tubingensi, §. wir wollen auch/constitutum esse, addit. *Conf.* Rebuff. *d. Privil. Univ. n. 4.* & Bonacos. *Tr. d. Equit. q. 207.* ubi docet, cives *invitos* cogi posse ad locandos Studiosis abiturientibus & ab Academiis recedentibus equos, *vid.* Lauterbach. *all. l.* 142. 143.

Quæ autem de primâ diximus locatione, etiam de secunda locatione seu Relocatione intelligi volumus, sc. *invitum* locatorem, finito conductionis tempore, cogi non posse, ut ei, qui prius conduxerat, iterum rem locato concedat, *per* L. *Ne cui. 32. C. Loc. Cond.* Cum iniqvum videatur *invitum* quem cogi rem suam uni semper & eidem locare. Gothof. *ad. d. L. Litt. U.* Carpz. P. 2 C. 31. *Def. 8. n. 2.* & *Const. 37. Def. 8. n. 2.* Exceptio tamen est in locatione prædiorum seu Jurium publicorum sive Fiscalium, ubi primus Conductor, si offerat tantùm, quantùm novus, aliis conductoribus præfertur *L. 32. C. Locat.* L. *Cotem. 11. §. Agri publici. 1. ff. d. Publ. & Vect.* L. *Congrui* & L. *ult. C. d. Locat. præd. civit.* Pistor. *Obs. 162. n. 7.* Brunn. *ad* L. 11. C. *Locat.* & L. *32. eod.* ubi hanc reddit rationem, quod conductor prædii Fiscalis in hoc gravetur, quod *invitus* in nonnullis casibus detineri possit, ergo meritò in alio sublevetur, ut cæteris paribus aliis in conductione præferatur. Carpz. *Lib. 5. Resp. 19.* Gomez. *Var. Resol. Cap. 3. n. 5.* & Stephan. Gratianus *Tom. 2. Discept. Forens. Cap. 357. n. 12.* qui. *n. 19.* id, quod de conductore fundi Fiscalis dicitur, ad conductorem Reipubl. extendit, qvẽ seqvitur Brun. *all. l.* 144. 145. 146.

Idem etiam in Scholaribus obtinere asserunt Ddres *all. à* Brunn. *ad* L. 32. *Loc. Conduct.* 147.

Locationem & Conductionem aliam esse *Rerum* seu *Fruendi*, quâ usus rerum conceditur, aliam *Operarum* seu *Faciendi*, quâ usus personarum sive operæ pro certâ mercede promittuntur, in vulgus notum est. Vid. Tabor. *in Paratit. Element. Part. 3. Sect. 4. Th. 40.* Stryk. *ad Tit. Locat. Conduct.* Hactenus de illa. Progredimur ad hanc, quam Ddres iterum partiri solent in *locationem Operarum in specie* dictam, quâ nudæ operæ *indeterminatè* alteri locantur, vel *Operis*, quâ is qui operas suas locat, simul certi qvid faciendum conducit, per *L. 22. ff. Locat. Conduct.* 148.

duct. Vid. Franzk. *ad d. l, n. 76. &* Lauterb. *eod.* De utraq; locationis ſpecie jam paucis.

149. Circa *Operarum Locationem* qværitur: *An ruſtici operas ſuas equis vel manu præſtandas locari ſoliti*, inviti *cogi poſſint pro eâdem mercede, quam ceteri promisêre, Domino ſuo præ ceteris locare?* Et ſicuti cum Hartmanno Piſtorio *Obſ. 101. n. 20. ſeqq.* regulariter Negativæ ſubſcribimus: ita adhibitis certis conditionibus affirmativam æquitatis regulis contrariam aſſerere dubitamus, quin po-

150. tius, ſi (1.) ruſtici non propriis detineantur operis, ſed easdem alii extraneo elocare velint, (2) illas tamen alteri nondum elocaverint aut promiſerint. (3.) Dominus â ſubditis unô eodemq; tempore operas exegerit, ac deniq; (4) eandem promiſerit mercedem, honeſtatis rationem, exulante licet publico favore, *invitos* ſubditos ad operas Domino præſtandas adigere fatemur cum Carpz. *Part. 2. Conſt. 51. Def. 9.* Quæ res eo minus dubii habet, ſi publicis operis ſubditos adhibere velit.

151. Circa *Operis* locationem (1) quæritur: *An artifices* inviti *cogi poſſint ad operas ſuas pro juſtâ mercede aliis præſtandas?* Et putamus tum Reipubl. favorem, tùm artis profeſſionem, tùm deniq; Collegii ſui privilegia efficere, ut mandatis pœnalibus *inviti* aliis laborem locare ſuum compelli poſſint. *Conf.* Brunn. *ad L. 9. ff. d. Mun. & Honor. jung.* Dn. Mev. *Part. 2. Def. 156.* ubi id præjudicio con-

152. firmat *& Def. 157.* ubi extraneis ac forenſibus hoc caſu permitti artis exercitum poſſe addit. *Conf.* Præ-*Nobiliſſ.* Dn. Præſes *in Diſp. d. Gemmis* C. 9. §. 9. ubi id in ſpecie de Sculptoribus Gemarum aſſerit.

153. Quæritur (2.) *An Artifices* inviti *cogi poſſint, ut in ſuâ arte aliquem erudiant?* & Reſp. cum Perez. *ad tit. C. d. Excuſ. Artif.* invidos iſtiusmodi homines, qui inſigniter in arte aliquâ ſingulari verſati, nolunt alios artem edocere, pœnalibus mandatis ad id *invitos* compelli poſſe, idq; Reipubl. favore, cujus artibus informari cives intereſſe dicitur. *Vid.* Brunn. *ad L. 1. 2. C. d. J. L. & antea cit. Ampliſſ.* Dn. Præſes *in all. Diſp. de Gemmis. Cap. 3. n. 99.*

154. *An autem Princeps Subditum cogere poſſit* invitum *ut ſcientiam artis ſuæ hactenus â nemine cognitâ manifeſtet, non otiosè hic quæritur?* Et poſſe non dubitamus, tum *vi Eminentis Dominii* de quo vid. Grot. *d. J. B. & P. Cap. 25. L. 2. n. 4.* tùm ratione *Publicæ utilitatis*, quam

quam omnibus promovere modis tenetur ſubditus; Neq; enim 155.
proprii commodi cupido ita detentum habere debet, ut communicatione artis Reipubl. prodeſſe nolit, rectè docente Cicer. *Lib. 3. d. Fin.* Virum bonum & ſapientem legibusq; parentem & civilis officii non ignarum, utilitate omnium plùs, qvàm unius alicujus, aut ſuæ conſulere. *Conf.* D. Joh. Schulz. *in Diſp. Jur. Publ. d. Sapient. Principum Cap. 3. §. 16.* ubi tamen in fine cautè procedendum eſſe 156.
Principibus, monet, ne Juſtitiæ limites excedant, vitæ ſubſidia ita curioſæ utilitatis inventori auferendo, hinc ſilentium ipſi promitti, privilegia concedi, jus Monopolii hoc caſu licitum. Molin. *d. J. & J. D 345. n. 3.* Azor. *Part. 3. Inſt. Moral. Lib. 8. c. 18.* Brunn. *ad L. Jubemus C. d. Monop.* permitti, aliaq; egregia Inventionis lucra conſtitui ſolent.

Viſis Contractibus pergendum eſſet ad *Actiones & Accuſationes*: At enim cum *invitus* nemo agere vel accuſare cogatur *t. t. & L. unic. C. ut nem. invit. vel accuſ. cog.* & verecunda dicatur cogitatio ejus, qui lites execratur, nec amat judicialibus implicari negotiis L. 4. §. 1. *ff. d. Alien. Jud. mut. cauſ.* non ignari, ſæpiſſimè litigatores qvi victoriam cum ſumptuum adjudicatione reportarunt, tàm longis anfractibus vexatos, totq; Sumptibus fatigatos ita affligi, ut lugendum potius putent, quod bonæ alioquin litis aut inſtituendæ vel ſuſcipiendæ conſilium ab initio non abjecerit, qvàm gratulandum, quod tanto prælio nudam victoriæ gloriam reportarint. Anton. Faber. *Lib. 9. C. tit. 22. D. 1. pr.* quorſum pertinet tritum illud: 157.

Litiget, Ædificet, qui Vult cito pauper haberi
Wer will ins pouver Geſchlechte
Der Maure viel und rechte.

Neq; caſus hic occurrant, in quibus *Invitus* Publicæ Utilitatis intuitu agere aut accuſare compelli poſſit, quanquam cæteroquin 158.
extra Publicæ Utilitatis rationem, qui neceſſarius negotiorum geſtor eſt, puta Tutor *invitus* vel Curator L. *8. ff. d. Neg. Geſt.* ratione officii agere, vel hæres, niſi velit privari hæreditate, necem. defuncti vindicare, ſicq; *invitus* accuſare L. 1. *C. d. His qui ut indign.* teneantur *Vid.* Brunnem. & Perez. *in Comm. C. ad L. unic. Ut Nem. invit. ag.* ubi & in Proceſſu Diffamatorio *invitum* ad agendum cogi poſſe

posse, nisi velit diffamans perpetuũ sibi imponi silentium, addunt.

159. Missis Actionibus & Accusationibus, ad *Transactionis* descendimus materiam. Et quamvis ipsa Transactionis causa libera esse, nec ad transigendum *invitus* quis cogi debeat Novell. 124. *cap.* 4. L. 3. §. 1. *ff. d. Recept.* L. 51. *Quis major. C. d. Transact.* Gail. *d. Pace publ. Lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 9. Schnob. *Disp.* 2. *ff. th. fin.* si quidem suaderi non imperari potest concordia, cum pax sit bonum persuasibile, non compulsibile. Ziegl. *in Dicast. Concl.* 22, §. 13. tres tamen hujus Doctrinæ Exceptiones suppeditant Practici, ut (1) Princeps partes etiam *invitas* ad Transactionem compellere possit, si lis magno tempore duraverit, adeoq; intricata fuerit, ut de facili expediri non possit.

161. (2) Si dissensio sit inter Personas Insignes, ex quâ Respubl. turbari, & scandalum publicum oriri posset. E. G. si lis versetur inter Magistratum & Subditos, Academiæ Professores Ecclesiæ Ministros, cum hæ lites ferè semper ita comparatæ, ut Cultum Sacrum perturbent, authoritatem & officium eorum polluant, Auditores scandalizent, totumq; cætum in sinistros sensus deducant. *Vid.* Dn. Wolterstorf. *in Disp. Inaug. d. Amicabil. Compos. Cap.* 5. §. 15. Menoch. *d. Arbitr. Jud. Quæst. Lib.* 2. *Cap.* 442. *n.* 7. Dn. Rhetius *in Inst Jur. Publ. Lib.* 4. *tit.* 4 §. 6. Mev. *Part.* 3. *Def.* 217. Carpz. *Jur. Consistorial. Lib.* 3. *D.* 3. *per tot.* Parthenius Litig. *Lib. Cap.* 4. *n.* 22. Brunnem. *in Proceff. Civil. Cap.* 2. *n.* 14. Vel inter Auditores & Sacerdotes, Parentes & Liberos proximosq; agnatos vel Principes Aulæ ministros. *Vid.* Brunn. *ad* L. 58. *ff. d. Judic.* Carpz. *Part.* 3. *D.* 22. Gail. *Lib.* 1. *Obs.* 41.

162. Berlich. *part.* 1. *Def. ult. & Part.* 1. *Concl.* 6. (3) Si subsit timor armorum, ne status Reipubl. periclitetur & ex privatâ rixâ multorum strages sequatur. Brunn. *ad* L. 6. §. 1. *d. his qui not. infam. & ad* Wesenb. *eod. t. quæst.* 17. Mev. *Part.* 1. *D.* 224. *seq.* Stryk. *Disp. d. Sal. Publ. Cap.* 2. *n.* 86. *all.* Wolterstorf. *Disp. d. Amicab. Compos. Cap.* 2. *n.* 15. *ubi plures adducit.*

163. Ex positis hactenus casibus, qvibus *Invitus* aliqvid facere cogitur intuitu Publicæ Utilitatis, instituti urget ratio, ut properemus ad casus, quibus *invitus* aliquid facere tenetur ex *Imperiosâ Necessitatis* Lege, præfati (1.) Necessitatem aliam esse *Publicam*, aliam *Ingenere talem*, quæ latiùs patet & privatis etiam jus dat rem alienam propriâ authoritate arripiendi & ex alterius patrimonio

trimonio sibi vindicandi, quantum præsens postulat usus, de quâ *vid.* Ahasv. Fritsch. *d. Præsidio Necessitatis. sect. 1. n. 6. &* Grot. *d. J. B. & P. Lib. 2. cap. 26. n. 6.* (2) Quod quamvis publica necessi- 164.
tas nonnunquam sub appellatione publicæ utilitatis veniat. L. 1. *C. d. Nav. non export. lib. 11.* cum que eâdem sæpiùs conjuncta appareat, ut in *c. mutationes 43. c. 7. q. 1. Conf.* Stryk. *in Disp. d. Salut. Publ. Cap. 1. n. 25.* imo ejus in genere consideratæ gradus constituatur. Vid. *Magnif.* Dn. Fischer. *in Disp. Inaugural. d. Favore ejus quod Publicè interest. n. 5.* Schrader. *d. Feudis Part. 4. Cap. 1. n. 26.* Wesenb. *Part. 2. c. 59. n. 7.* Cravetta. *Cap. 27. n. 8. & Cap. 195. n. 8.* In speciali tamen acceptione publicam utilitatem ubiq; â publicâ differre necessitate. *vid.* Bœcl. *in Disp. de Domin. Eminent. p. 137.* (3.) aliam esse *necessitatem Juris*, aliam *Facti*, item aliam *Præsentem*, aliam 165.
Supervenientem, de omnibus in subsequentibus.

Et (*a*) quidem de *Necessitate Publica* paucis agemus, cujus 166.
intuitu cum reviviscere jus illud rebus utendi tanquam si communes mansissent, videatur, summaq; illa necessitas in omnibus dispositiònibus ac legibus humanis excepta sit L. *13. Fam. ercisc.* L. *38. pr. ff. d. Legat. 3.* Grot. *d. J. B. & P. Cap. 2. Lib. 2. n. 6.* quasi ea sit insuperabilis. Gail. *Lib. 2. d. Pac. Publ. Cap. 4. n. 4.* Barbos. *Lib. 12. Cap. 5. ax. 10.* quæ ex necessitate fiunt, rectè sine fraude fieri dicuntur. Gozadin. *Cap. 87. n. 15.* Paris *d. Resign. benefic. Lib. 1. Lib. 2. quæst. 3. n. 40.* eâdem ex illicito licitum faciente *c. quod non est licitum 4. in 6to. c. quanto 4. d. Consuetud.* Anton. Oliban. *d. Jur. Fisci cap. 4. n. 36.* Tuschus *Pract. Concl. Lib. 5. cap. 12.* Tiraquell. *d. Pœn. Tempor. Cap. 33. n. 3.* Mev. *part. 4. Def. 168. n. 6.* ut mirandum non sit, cum necessitas ipsa Legem faciat. *l. 27. ff. d. Man. Testam.* contra communes juris regulas ejus intuitu *invitis* imperari facere, aliquid, quod ceteroquin facturi non fuissent, licereq; terrarum Dominis circa subditorum personam ac bona illud, duro urgente necessitatis telo, quod extra necessitatis casum illicet, Bono Publico, quicquid iniquitatis hæc habere videtur, egregiè compensante.

Huc pertinet (1.) Quod Magistratus subditos Ditiores *in-* 167.
vitos cogere possit ad pecuniam pro moderatis usuris Reipubl. mutuandum. *Vid.* Bachov. ad Treut. *Vol. 2. Disp. 18.* Fritsch. *Obs. Eccles. 36.* Vasq. *Controv. Illust. p. 90. n. 7.* Bœcl. *in Disp. d. Domin. Eminent.*

Lib.

Lib. 2. cap. 2. p. 114. & 115. Mantic. *d. Tacit. & Ambig. Convent. Lib. 3. tit. 5. n. 18.* Natta *Conſ.* 12. *n. 6.* Si bellum ſæviat, & deſit Reipubl. pe-
168. cunia, belli nervus: Quod ampliant Ddres, ut & in Subditis Temporariis locum habet: Hinc nil verius hoc dicto eſſe aſſerit Bœcl. *d. Diſp. p.* 118. Nec alio videntur fundamento niti Principes, qvi bona Exterorum in portubus ſuis deprehenſa neceſſitatibus Reipubl.
169. ſuæ accommodare, ſub obligatione mutui, non ſunt veriti, quod exemplo Angliæ Reginæ Eliſabethæ An. ſuperioris ſeculi 67. magnam pecuniæ vim â Genuenſibus Italisque mercatoribus, aliisque ex Hiſpaniâ in portus Anglicos delatis *invitis*, fiduciariâ cautione interpoſitâ, mutuo ſumentis illuſtrat Dn. Bocel. *proximè all. loc.*

170. (2) Si Urbs obſeſſa Famis prematur neceſſitate, quod *Domini inviti* cogi poſſint Frumenta cæteraque Victualia juſtô pretio, vendere. Fritſch. *Obſ. Eccleſ* 56. & Bœcl. *d. l. p.* 114. *vid.* Lindeman. *ad Tit. d. His qui ſui vel alien. jur. ſunt. inibique* Brunn. & *Ddres.*

171. (3.) Quod Ditiores *inviti* urgente Neceſſitate compelli poſſint Pauperibus Eleemosynas dare. Fritſch. *Obſ. Eccleſ. 6. per tot. & in Tr. d. Mend. Valid. c.* 15. Barboſ. *Lib.* 1. *cap.* 54. *ax.* 7. & *Lib.* 2. *ax.* 4. *c.* 4. & *c.* 5. *ax.* 7. *inibique all.* Franzk. *Lib.* 2. *var. Reſol.* 7. *per tot* Dn. Stryk. *d. Sal. Publ. cap.* 3. *n.* 57. Maximè ſi ordinarii reditus ærarii pauperum non ſufficiant.

172. (4) Quod qvamvis Miniſtri Eccleſiæ aliæque Perſonæ privilegiatæ â Collectis tàm Ordinariis, quàm Extraordinariis immunes ſint, illud tamen ad illas Extraordinarias, quæ ad ſummam Neceſſitatem inducuntur, extendi haud debeat. Enenkel. Baro. *de Privil. L.* 2. *cap.* 5. *n.* 75. Gail. 2. *Obſ.* 52 *n.* 6. Fritſch. *Obſ. Eccleſ.* 44. Hinc nec Eccleſiæ Miniſtros â collectis Turcicis von der Türcken-Steur. exemptos eſſe vult. Mynſ. *Cap.* 4. *obſ.* 70. *per tot.* nec Eccleſiæ prædia *l. ult.* C. *d. SS. Eccleſ.* cum neceſſitas Reipubl. omni deroget privilegio, Jaſon *ad* L. 8. *ff. d. Legat.* 1. *n.* 13 & quibus ex æquo imminet belli periculum, per illos etiam æqualiter, non obſtante immunitate, collecta inferri debeat. Dn. Brunn. *Cap.* 6. *n.* 50. & Stryk. *d. ſalut. Publ. Cap.* 2. *n.* 65. *ſeqq.* quod procedere putamus, ſi tanta ſit inevitabilis Neceſſitas, quæ ſuſtineri nequit, niſi perveniatur ad exemptos, quæ tamen in omnibus expeditionibus Turcicis non ſtatim apparet. *Vid. B.* Dn. D. Andr. Amſelii *in Diſp. d. Collect. th.* 26. (5.) Quod

(5.) Quod quis *invitus* ob Necessitatem Publicam teneatur 173.
ad equos publicos alendos. Brunn. *ad L. 2. C. d. Mun. patrim. n. 15. L. 10.*

(6) Quod Navis jussu Superiorum ob Necessitatem Publi- 174.
cam cogi possit navigare in certum locum pro capiendis frumentis & detineri tam ad transvehendam annonam, quam ut tempore belli pons navalis construi possit ad transmittendum exercitum. Stryk. *d. Salut. Pub. Cap. 2. n. 108.* ubi *sequenti num.* subjicit: Huic 175.
oneri ne quidem Ecclesiæ naves se subtrahere valere, ut ut Rescripto Principis munitæ sint, Reipubl. Necessitate privilegio præponderante. *Vid.* L. 10. C. *d. SS. Eccles. inibique* Brunnem.

An autem idem Exteros quoq; & Forenses tangere videatur, ut 176.
& hi *Inviti* comodato concedere aut locare teneantur naves non otiosæ quæstionis est? & ne hos quidem ab hoc eximi onere communis docet DD. Schola: Quamdiu enim in loco extero degunt, subditi sunt Temporarii eorumq; bona potestati Principum subjecta censentur ob Protectionis commodum.

Quod & ad Exteros in territorio Principis non commorantes 177.
sed liberum saltem transitum cum navibus desiderantes extendit Dn. Schumacher *in Disp. Inaug. d. Jure Pont. c. 3. n. 64. seqq.* Qvia naturalis suggerit ratio benefactori in casu Necessitatis succurrere, ut hîc Supreminenti Principis Dominio locus detur. Vid. Dn. Stryk. *d. l. n.* 111. Quod exemplo Græcorum confirmat Grotius 178.
de I. P. & B. l. 2. c. 2. th. 10. qui cum navibus opus haberent, Xenophontis consilio ceperunt transeuntes, ita tn. ut merces Dominis intactas conservarent, Nautis vero & alimenta darent & pretium solverent. Quatenus autem Princeps ad compensationem interesse vel damni occasione Navium detentarum dati teneatur tradit. prælaud. D. Schumach. *d. l. n. 74. seqq.* Jung. Stryk. *d. l. n* 114.

Exigeret jam Ordinis ratio, ut ad reliqvas pergeremus Necessi- 179.
tatis species, quarum intuitu *invitus* aliqvid facere teneretur; At verò, cum hîc tempore excluſi nullos obvios deprehenderimꝰ casus, benè multos autem circa illud, quod *Invitus* pati cogitur, occupatos, illorum expositionem sequenti reservabimus capiti, coronidis loco contemplaturi, casus, quibus *Invitus* ex *Officii Ne-* 180.
cessitate aliquid facere adstringitur; Qvorsum pertinet regula: Omnes, qvi autoritate publica exercent officia, cogi posse, ut ope-

ram ſuam *Inviti* hominibus impendant. Bronch. *in Comm. d. R. J.*
181. *p.* 373. *& DD. paſſim ad* L. *Invitus.* 256. *ff. d. R. J.* Unde inferunt (1.)
Qvod Notarius ad conſcribendum inſtrumentum *Invitus* cogi
182. poſſit. Gothof. *ad d.* L *156. d. R. J.* & Bronch. *d. l. p.* 373. (2) Syndicus *Invitus* cogi poſſit, ut res Collegii defendat & exeqvatur.
Bronch. *d. L.* (3.) Doctor ad conſulendum *Invitus* compelli poſſit
183. Bald. *in* L. *Proximè. 3. in pr. ff. de His qui in teſt. del.* Salyc *in* L. *Sancimus. 6. C. d. Advocat. div. Jud.* Jaſon. *in* L. *Eum qui. 3. n. 13. & in L. Invitus 17. n. 2. C. d. Procurat.* Jacob Aierſ. Proceſſ. *Jur. c. 1. O. 8.*
184. (3) Quod Advocati ad præſtandum officium ſuum litigantibus certis ex cauſis Patronos non invenientibus à Præſide Judicii vel Magiſtratu, cui ſubjecti ſunt, etiam *Inviti* compelli poſſunt *L 1. §. 4. ff. d. Poſtul* L. *9. §. 5. ff. d. Off. Proconſ.* L. *5. §. 11. ff. de Reb. eorum qui ſub tut. vel cur.* ſub pœnâ non ſolum pecuniariâ, ſed & interdictionis fori, ut ſi legitimâ excuſatione deſtituti patroci-
185. nium denegare non deſiſtant, foro careant. L. 7. C. *d. Poſtul.* Pauperum etiam patrocinium gratis ſuſcipere & præſtare *Inviti* compelluntur. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 19. §. f.* Mynſ. 4. *O.* 32. Gail. 1. *O.* 43. *n.* 11. *ſeqq.* Schnobl. *Diſp. ff.* 3. *th.* 2. jung. Brunn. *ad* L. 7. *C. d. Poſtuland.* Carpz. *p.* 1. C 1. D. 25. Eckholt. Lauterb. *ad tit. ff. d. poſtul.* ibi-
186. que *alleg.* Dd. præſtito tamen prius Paupertatis juramento, de quo vid. Stryck. *in Diſp. d. Juram. Paup.*
187. (4) Quod quamvis ceteroquin cuilibet licitum ſit hoſpitem recipere Berl. *D. 5. n. 2.* ita tamen, ut *invitus* ad eundum recipiendum cogi non poſſit. L. 1. *§. 1. ff. Nautæ Caupon.* hoc tamen
188. ſecus ſe habeat in publiciis diverſoriis & hoſpitiis, quæ in civitate conſtitui, ut mercatores liberè diverti, tutò pernoctare & jumenta collocare poſſint, commerciorum exigit utilitas L. 1. *§ 5. ff. Naut. Caup.* Klock. *d. Ærar. L. 2. c. 59. n.* 1. Bleſend. *d. Hoſpt. c. 2. n. 13.* Fritſch. *d. Nund. c. 9. n.* 44. Stryk. *d. Diſp. c. 4. n. 28.* Horum ergo Caupones ſimul ac huic profeſſioni nomen dedêre & hoſpitii ſignum oſtentâre, ſo bald ſie das Schild vor die Herberge außgehangen Inviti coguntur adventates hoſpites recipere L. 1. *§. ult. Furt. adverſ. Naut. &c.* inibique Gottofred. Brunnem. *ad L. 1. ff. Naut. Caupon ſtabul.* Mev. *p. 3. Dec. 63.* Cavaruv. *Reſol.* T. 2. *Varr. Lib. 3. c.* 14. *n.* 1. Non obſtante L. 1. *§. 1. ff. Nautæ Caup. ſtab.* ad quam doctiſſimè reſpondent
Brunnem.

Brunnem. & Mev. *all. loc.* Nisi non recipiendi justam habuerint causam. Mev. *all. l.*

Quorsum (s) pertinet, quod illi qui Rhedam Publicam in 189
gratiam devehendorum hominum authoritate publica constitutam alß dem Post-Wagen exercere inceperunt, *inviti* etiam cogi possint Peregrinantes recipere *arg.* L. *un. vers. Nec repellere. §. f. ff. Furti adv. Naut. Vid.* Theod Hoebbin. *de jure Insingn. c.* 14 *n.* 37. Frider. Philippi *in disp. d. Rhedis Meritor. c.* 3. *n.* 15. Si modo & hic
non justum habeat excusationis causam, puta, si ejus Rheda jam ita 190.
sit repleta, ut plures recipere non possit. Tab. *in Racem Crimin. ad tit. ff. Naut. Caup. th.* 81. aut Advena sit inimicus Magistri Capitalis. 191.
Lauterb. *in disp. d. Naut. Caupon.* quem sequitur *all.* Philipp. *d. D. & l.*

In illo facile suffragamur Covaruviæ *supr. all. loc.* aliisq; inibi 192.
adductis Doctoribus, meretricem publicè meretriciū confessam *invitam* cogi non posse proprium corpus ad coitum alicui exhibere, tametsi aliis id commune fecerit, cum non teneatur mortale crimen cum quolibet committere, cujus consequens est: *Invitam* eandem compelli non posse ad carnale commercium cum aliquo habendum. Dissentit Decius. *ad* L. *Invitus. 156. ff. de R. J.*

Necessitatē excipit RELIGIONIS & PIETATIS FAVOR, quarū 193
intuitu, quin à communibus recedatur juris Regulis atque *invitus* ad aliquid faciendum cogatur, indubium est: Hinc est, quod (t) si quis habeat jus sepulchri, vicino teneatur *invitus* præstare iter ad sepulchrum justo pretio, forte si viam solitā flumen abstulerit. *L.* 12. *ff. De Religios.* jung. L. 10. *eod. & L.* 53. *§.* 2. *ff. d. act. emt* Bachov. *ad §.* 2. *J. De his qui sui velialen* Franzk. *ad tit. ff. d. Contrab. emt. n.* 92. Eckholt. *ad Tit. ff. d. Relig. & sumpt fun.* Brunn. *ad all.* L. 12. ubi eleganter docet: Hoc casu teneri vicinum toties precariò concedere viam, quoties quis sepeliendus, quoniam non semper fit, vel *invitum* compellendum, ut iter planè vendat, modò ita via concedatur, ut cum minimo damno vicini fiat, idque non jure *actionis Civilis* sed ex *Officio* judicis *Nobili & extra ordinem*, qnod confirmat *all.* L. 12. Quæ res tamen hodie parum utilitatis habet, nisi ad illum casum extendere velimus, quō quis funus in alieno territorio defuncti in locum habitationis ducere velit, quo casu, licet veniam transportationis primò impetrare atq; Magistratui ejus loci necessariò hodiè indicare teneatur. *Besold. in Th. Pract.* voce Durchführung der Verstorbenen n. 34. Ekholt. *ad tit. d. Relig. §. f.* denegare tamen transporta-

portationem Magistratus, si per aliam viam ad sepulchri locum pervenire non detur, non potest: Modò transiturus ex consvetudine cujusq; loci præstanda præstiterit. *Vid. tamen* Philipp. *in Dissert. De jure circa Cadav. Hum. §. 19. & L. fin. C. de Relig.*

195. Ex hactenus dictis DD. inferunt (2.) Si angustia Cæmiterii publici hominum sepulturis haud sufficiat, adaucto successu temporis civiũ numero & quis hortum Cœmiterio vicinum possideat, quem tamen alio loco deficiente, justô pretiô vendere recusat, eundem ad dilatandum Cæmiterium *Religionis intuitu invitum* à Magistratu cogi posse ad horti venditionem, quod pluribus deduxit Fritsch. *Obs. Eccl. 56. per tot.* Mindan. d. Interdict. *l. 2. n. 49.* Ricc. *D. 130. Quib.* Jung. Carpz *Jurisp. Eccl. l. 2. D. 388.* Brunn. *ad L. 11. d. Relig. & sumpt.* Covar. *tom. 2. Var. Res. l. 3. c. 14. §. 7. cum inib. all. DD.*

196. (3.) *Intuitu Religionis* id præterea inductum, ut, si nulla in hereditate reperiantur media ad vendendum apta, Prætor cogere possit Legatarium, ut legata vendat *Invitus*, quò testator sepeliatur L. 14 §. 1. *ff. d. Relig. & Sumpt. fun.* adeò, ut legato carere teneatur, si ab herede indemnis servari non possit.

197. (4.) Parili constitutum est ratione, *Favore Religionis*, licet ceteroqvin ad factum obligatus præstando interesse se liberare possit, *L. 72. vers. Celsus.* L. 81 *ff. d. V. O.* & L. *13. ff. d. Re Jud.* ipsum tamen, qui funeris curam à testatore demandatam suscepit, nec tamen pecuniâ licet acceptâ funus duxit, *Invitum* præcisè extra ordinem à Prætore ad funus ducendum compelli posse. *Vid. L. 14 §. 2. inib.* Brunn. *d. Relig. & sumpt. fun.*

198. FAVORE PIETATIS receptum est, quod Magistratus *invitos* subditos cogere possit sub certâ pœnâ ad celebrationem Sabbathi & examina Catechetica frequentanda vid. Fritsch. *Obs. Eccl. 74. per tot.* ibiq; *all. Luth. & Chemnit.*

199. Pagellarum angustia & sumptuũ ratio missis aliis Casibus similibus progredi jubent ad considerationẽ LIBERTATIS, ubi casus occurrit *§ f. Inst. d. Donationib.* quo Socio communem servum pro sua parte manumittente, reliqui Socii *inviti* cogi possunt secundum pretium in *L. 1. C. d Comm. serv. manum.* determinarum suas partes vendere. Vid. B. Redeker. *ad § 2. Inst. d. His qui sui vel alien. & Dd. passim ad §. ult. Inst. d. Donat.* (2) Ca-

(2.) Casus §. 3. *Inst. d. Noxalib. Action* ubi servus noxæ deditus, 200
si tantum de suo demenso comparserit *Terent. in Phorm.* defraudando genium suum, ut noxiam resarcire possit, *Invitum Dominum* cogere potest ad se manumittendum. Mantz. & Osterm *ad §. 3. Inst. all. tit. inibiq; Interp.* idq; *favore Libertatis* Wesenb. & Manz. quanqvã nec alia hic desit ratio, quam videsis apud Harpr. *alios q.*

Huc pertinet (3.) quòd, cùm Jure Civili in casu Urgentissi- 201
mæ Necessitatis filium sanguinolentum patri vendere liceret inq; servitutem emtori dare *L. 2. C. d. Patrib. qui fil distrax.* non duntaxat ipse filius & quivis alius emtori dominoq; justum pretium persolvendo eundem *Invitum* ad filium de sua potestate dimittendum cogere potuerint *L. f. C. d. t.* Redek. *§. 2. Inst. d. His qui sui* Barb. *L. 4. C. 47. ax. 14.* Favore dictæ Libertatis Brunn. *ad L. ult. C. d. t.* Sed 202
& filius *Invitum* patrem feliciorem fortunam nactum ad se redimendum liberandumq; cogere potuerit. vid. Covarr. *Tom. 2. Var. Resol. C. 14. n. 4.* inibiq; *all.* Bald. Dec. Felin. & Hyppol. Quæ tn. omnia duro servitutis jugo hodiè sublato, vix in foro usũ habent.

Quare relictis hisce & similibus casibus ad ABUSUM REI ultimò loco nos accingimus ubi (1.) occurrit casus *L. 11. C. d Episc. Aud.* 203
vid. L. 11. C. d. Spect. & Scen. L. 11. inibiq; Brunn. Molin. *L 2. D. 229. n. 14.* Menoch. *L. 2. d. A. I. Q. C. §34. n. 6.* ubi, quamvis ceteroqvin Pater *Invitus* cogi non possit, ut liberos emancipet. *L. 4. C. d. Emancip. lib. §. f. Inst. Q. M. jus pat. pot. solv* nec dominus, ut *invitus* servos manumittat, cum & Manumissio & Emancipatio sint actus Voluntariæ 204
jurisdictionis. Vinn. *ad §. 2. Inst. d. Libertin.* Eckolt. *ad tit. ff. de Juris d. §. 10.* ad quos *inviti* à Magistratu regulariter cogi non possunt, 205
Episcopus tn. tam Patrem qvam Dominum filiabus ancillisq; peccandi licentiam imponentes præter exilii aliamq; pœnam *Invitos* cogit easdem à potestate suâ dimittere, idq; propter *abusum sui juris* vid. Brunn. *ad L. 12. all. de Episc. aud.* Redek. *Exam Inst. 3. q. f.*

(2.) Secundo Casus est in *L. f ff. Si à parent. quis man.* ubi, cum patris 206
potestas non in atrocitate sed pietate consistere debeat. *L. 1. ff ad L. Pomp. de paricid* Pater duriùs & atrocius tractans liberos propter *abusum patriæ potestatis invitus* eosdem de manu sua dimittere cogitur. Conf. Brunn. ad. *d. L. 12. ff. & ad L 4. C. d. Emancip. Lib.* jung. Vinn & Rittersh. *ad §. f. J. Quib. mod. p. pot. solv.* quod & in dominointole- 207
rabili

rabili sævitiâ in servos sæviente procedere docet Imper. in § 2.3. *d. His qui sui vel al. jur.* ex Rescripto D. Antonini & ante ipsum Jctus Cajus in L. 1. §. *f.* & Ulpianus *in L. 2. ff. d. His qui sui vel alien. jur.* Ut & hic *Invitus* cogatur servum bonis conditionibus vendere, quanquam enim quis re sua abuti possit, L. 25. §. 11. *ff. de Hered pet.* providendum tn. ne privati abutendo fortunis suis noceant publico. Conf. Brunn. *ad all. tit. I. inibique Interpr.*

208. Inferunt ex hactenus dictis Dd. (3) in genere abusus pediſſequam esse privationem sui juris, ut & Magistratus nimis asperè & duriter tractans subditos *invitus* cogi possit eos de potestate suâ dimittere Gomez. Var. Res. *c.* 2. *n.* 51. *tom.* 2. §. *tertius casus* Redek. §. 2. *Inst. d. his qui sui vel al.* Philipp. *in Usu Pract. Inst.*

209. *Ecl.* 43. *n.* 8. & propter nimiam crudelitatem *invitus* imperio & jurisdictione privetur, per L. 1. C. *d. Emend. serv. L. f. Qpem adm. Civil. mun. indic.* Vasq. *l.* 5. *Illustr. Controv. c.* 8. Gail. 1. O. 17. Carpz. *l.* 1.

210. *R.* 5. 3. *n.* 11. & Vasallus male tractans subditos feudo exuatur per *c.* Fridericus §. *Quicunque. inibique* Bald. *d. pace tenend.* Wesenb. *in tract. Feud. c.* 15. *n.* 5. Rosenth. *d. Feud. c.* 10. §. 85. Philipp. *d. l. n.* 10. Schnob. *Disp. feud.* 10. *th.* 20. nec non Emphytevta fundo em-

211. phytevticario abutens jure suo excidat. L. *Jubemus* 14. & *Auth. Quærem* C. *d. S. S. Eccl.* Stamler. *d. Servit. person.* L. 3. *c.* 53. *n.* 5. Richt. *D.* 98. *n.* 13. interq; Conjuges *invita* altera parte separatio thori con-

112. tingat. *c.* 13. *X. d. Rest. spolii vid.* Redek. *all. l.* Carp. *Jurisp. Ecl. l.* 2. *D.* 210. *n.* 15. *seqq.*

213. Quartus Casus in materia Locationis Conductionis & in practica L. *Æde* 3. C. *Locat. Cond.* obvius est, cujus hæc sunt verba *Ædes, quam te conductam habere dicis, si pensionem domino in solidum solvisti* invitam *te expelli non oportet, nisi propriis usibus dominus eam necessariam esse probaverit, aut corrigere domum maluerit, aut ut malè in re locata versata es.* Ex quâ inferunt Jcti: Propter *abusum* rei locatæ cum naturalem Trentacinq. *Resol. pract.* 4. *tit. d. Locat. num.* 10. tum moralem v. c. Meretrices Lenones & similes recipiendo vel aliud turpe & indecens exercendo. Molin. *d.* 7. & *J. D.* 499. *n.* 12. Barbos. *ad l.* 3. *n.* 31. *C. Loc. Cond.* Lauterb.

214. *ad tit. ff. eod. ibiq; all. Dd.* præter refectionis, aut aliam proprii Usus supervenientem necessitatem conductorem *invitum* teneri

neri emigrare ex ædibus. Conf. Stryk. *in Tract. d. Caut. in Contract. Necess. sect. 2. c. 9. §. 17. & supra all. Dd.* Quam migrandi necessitatem an non saltem conductor evitare possit, si in instrumento Locationis ex generali Praxeos observantia *d. L. Æde. 3.* renunciatum fuerit, coronodis loco quærimus? & quamvis primo intui- 215.
tu videri possit dictam renunciationem id operari ut *invitus* propter *abusum* recedere â re locata non teneatur, ex notissima Jctorum Practica: Ad jura renunciata non dari regressum, licitumque cuivis esse juri pro se introducto renunciare; Verior tamen est sententia Negativa: Cum, sicuti pacta ad delinquendum invitatoria, nullius censentur esse momenti; L. *27. §. 3. ff. pact. L. 17. pr. ff. commod.* L. 5. *pact. dotal. 15. ff. condit Inst.* ita nec renunciatio, quæ delinquendi præstat occasionem, melioris erit farinæ, ut hinc in effectu perinde sit, ac si quoad futurum *abusum* Legi non sit renunciatum. Vid. Lauterb. *ad tit. ff. Locat. Cond. &* Stryk. *pr. all. loc. §. 17. in f.*

CAPUT TERTIUM

Sistens

CASUS QUIBUS INVITUS NULLO PRÆVIO FACTO OBLIGATORIO CONTRACTUS VEL DELICTI TENETUR ALIQUID PATI.

SUMMARIA

UTilitas Publica *alia* Principalis *est, alia* Minus Principalis n. 2. *Civis innocens ab hoste postulatus, pro conservanda civitate hostium viribus sustinendis impari,* invitus *ad sese dedendum cogi potest.* n. 3. seqq. *Ædificia contra ornatum Civitatis exstructa, nec non quibus platearum latitudo angustatur,* invitis *dominis dirui possunt.* n. 7. & 8. *Ædes publicis nimis vicinæ, ut illis periculū ruinæ vel incendij immineat,* invitis *dominis dirui possunt.* n. 9. *Gubernator Civitatis tempore belli vicinas propugnaculis*

ædes

ædes incendere potest, invitis *illarum dominis*, *ne hostis in eas se recipiat*. n. 10. *duranteq; obsidione in Civitate ædes dejicere*. n. 11. *Item pro extruendo propugnaculo dilatandisq; fossis*, *ædificia potest* invitis *dominis destruere hortosq; in publicos usus transferre*. n. 12. *Quod Ddres etiam ad bona Exterorum extendunt*. n. 13. *Civitas in casu indigentiæ extero* invito *pulverem pyreum ad suam defensionem potest auferre*. n. 14. *An Princeps his casibus ablata restituere vel pretium subditis refundere teneatur*, *docet*. n. 15. seqq. *Favore Studiorum Artifices strepiferi suis ædibus cedere coguntur* inviti, *si Doctor vel Studiosus perstrepitum in meditationibus suis turbari possint*. n. 18. seqq. *Necnon h. c.* inviti *coguntur*, *ædes suas istiusmodi Artificibus non locare*. n. 21. *Jure Repressaliarum* inviti *bona detinentur*. n. 22. *Jure Civili* Invitis *Curator non datur*. n. 24. *Aliud* Moribus nostris. n. 25. *Socius omni tempore* invito *socio â communione potest recedere*. n. 26. *Etiamsi contrarium pacti sint*. n. 28. *Exceptio ejus traditur*. n. 29. *Pro* invito *qui ad supplicium ducitur & perire festinat*, *appellare licitum est*. n. 30. *Infirmo* invito *adhibetur cura*. n. 32. *Ex ruente domo* invitus *extrabitur*. n. 33. *Lex Julia* invitâ *Uxore non permittit marito fundum dotalem alienare*. n. 34. *Secus Moribus Belgarum*. n. 35. *Litteræ Moratoriæ* invitis *Creditoribus rectè Debitoribus dantur*. n. 36. *Dominus territorij* invito *Vasallo bello imminente prædium Nobile occupare inibiq; Fortalitum exstruere potest*. n. 37. *Quod Ddres etiam ad loca belligerantis imperio non subjecta extendunt*. n. 39. *Rex regnum jure administrationis sibi delatum*, invito *populo alienare nequit*. n. 40. seq. *Exceptio est in casu inevitabilis necessitatis*. n. 42. *Idem juris est in bonis Domanialibus*. n. 43. seqq. *Quando in navi deficiunt Cibaria* invitus *in commune*, *quod habet*, *conferre cogitur*. n. 46. *Idem juris est*, *si civitatem annonæ caritas premat*. n. 47. *Si navis tempestate in funes anchorales vel retia piscatoria impulsa aliter explicari non possit*, invitis *piscatoribus retia discindere licet*, *cessante eo nomine omni*

cini

actione. n. 48. *Incendij ab ædibus suis avertendi causſa* inviti *vicini ædes dejicere licitum est, licet ignis eò non pervenerit.* n. 50. *An & quando b. c. Vicini omnes damnum hoc resarcire teneantur, docet.* n. 51. *Mearum rerum servandarum causſa mihi licet alterius* inviti *merces in mare projicere.* n. 53. *Requisita, ut necessitas in alienis jus tribuat privatis, recensentur.* n. 54. seqq. *Ad evitanda adversæ Religionis suscipiendæ pericula subditis fas est* invitis *dominis emigrare.* n. 60. *Pater* invitum *filium urgente famis necessitate aliis adservitia addicere potest, quibus eâ conditione est, quâ est familia conductitia* n. 68. *Pro* invito *rectè solvitur* n. 69. *Creditori* invito *melius redditur* n. 70. *Ante diem* invito *solvitur* n. 71. *Compensatio fit* invito *Creditore.* n. 72. *Dominis & Parentibus* invitis *acquiritur* n. 73 seq. *Creditori* invito *pars non rectè solvitur* n. 75. *Tres excipiuntur Casus*, n. 73 seqq. *De aliis exceptionibus agitur remissivè.* n. 79. *Aliud pro alio* invito *Creditori non potest obtrudi.* n. 80. *Duæ traduntur Exceptiones.* n. 81. seq. *Exules Galli*, die Frantzöschen Flüchtlinge *bona à Rege confiscata & Creditoribus specialiter obligata, rectè iisdem* invitis *dant in solutum.* n. 83. *Propter supervenientem proprii usus & refectionis necessitatem Conductor* invitus *cedere tenetur.* n. 85. *Item ob Pestis necessitatem locatore* Invito *conductor potest emigrare.* n. 89. *Pater* invitus *aliquando liberis, ut nubant, permittere cogitur.* n. 90. *Idem juris, quoad filium separatam œconomiam instituere volentem esse docet.* n. 91. *Pater binubus, an de Jure Lub.* invitus *separare teneatur liberos prioris matrimonij, docet.* n. 92. *Datur* Invito *libertas.* n. 93. *Favore Libertatis* invito *creditori pars rectè solvitur.* n. 94. *An Judæorum infantes* invitis *Parentibus baptizmari, aut ipsi baptismum petere possint, de illo agitur remissivè.* n. 95. seqq.

EXpositis hactenus Casibus, quibus *Invitus* sine facto obligatorio extra ordinem, ut aliquid faciat, cogi potest, promissi exigit fides, ut hoc ultimo Capite, levi licet brachio, illos tangamus 1.

Casus, quibus *Invitus* exulante facto Obligatorio, itidem officio Judicis Nobili, ut aliquid *patiatur*, cogi potest; In quibus enarrandis proximi capitis sequemur methodum, primo locô delibaturi, quid *Publica Utilitas* sibi circa Personas vel Res subditorum aliorumq; præcipiat. Ubi cum Excellentissimo Strykio in *sæpius all. Disp. De Salute Publ. Cap. 1. n. 13. &* Dn. Fischer. *in Disp. De eo quod publicè interest. 1. §. 4.* prænotamus, *Utilitatem Publicam* duplici modo considerari (1.) *Principaliter*, quatenus Rempublicam ejusq; statum conservat. (2.) *Minus Principaliter & Secundariò*, quatenus primariò privatum commodum promovet, ut inde consequenter in Remp. aliqua utilitas redundet. Gudel. *de jure Nov. l. 5 c. 1. in f.* Mynsi. *D. 4. Resp. 32. n. 19.* Natt. C. 500. T. 3.

2.

3. Quod illam attinet acris inter Moralistas in utramq; variis motibus disputata partem exsurgit quæstio: *An Civis innocens ab hoste postulatus pro conservanda Civitate, quæ virib. hostium sustinendis impar est, ad exitium deferi, vel ad sese dedendum* invitus *cogi possit?* Et

4. quanquam ad iniquitatem hanc non facilè descendendum, nec alterius damno imputandum, quod sine culpa ejus evenit. *L. 1. pr. ff. d. Alien. jud. mut. c.* L. 22. C. *d. pæn. C. 37. d. Elect. in 6t. Cravett. C. 196. n. 2.* Unde & negativæ sententiæ subscribunt Vasquius & Sotus

5. *all. à* Grot. L. 2. C. 25. §. 2. n. 4. Nos tn. in casu, quo vel uni isti homini vel toti Civitati pereundum est, satius esse autumamus cum Grotio *allegato loco* à Superiori hoc casu *invitum* Civem cogi posse, ut maximæ multitudinis innocentis vitam suæ unius non postponat, ne propter unius membri conservationem integrum

6. corpus pessundetur: Ut ut non diffiteamur, hoc esse ex illis exemplis quæ quidem iniqui aliquid habent, quod contra singulos tamen publicâ rependitur utilitate. Tacit. L. 14. *Ann.* Jason. *in L. Ex facto 43. ff. d Vulgar. & pup. subst. n.* 14. Dn. Fisch. *supr. alleg. Disp. n. 16.* & facillimè in eo Supremi Numinis sperari veniam per quod multorum salus & incolumitas procuratur juxta effatum Imperatoris in *L. 10. C. d. feriis.*

7. Efficit præterea eadem *Publicæ Utilitatis* ratio ædificia, quæ

8. contra ornatum & faciem Civitatis decoram exstructa sunt, ut & quibus platearum latitudo angustatur, nulla vel præscriptionis vel Rescripti Principalis habitâ ratione *invitis* licet Dominis dirui posse,

posse; *per* L. 6. & 14. C. *d. Oper. Publ. vid.* Boëcl. *d. Dom. Emin. p.* 115. Brunn. *ad.* L. 14. C. *d. t.* item *invitum* pati cogi, si ædes nimis vicinæ sint Publicis, ut his periculum ruinæ vel incendii immineat, illas dirui *d.* L. 14 C. *d. Oper. Publ. inibique* Brunnem. *ubi addit:* Ex hâc L. 14. posse justificari facta Gubernatorum, qui tempore belli vicinas propugnaculis ædes solent incendere, ne hostis in eas se recipiat Gail. *Lib. 2. Obs. 56. n. 2. inibique* Græven. Boecler. *d. l. p.* 115. quique durante obsidione ædes privatorum dejiciunt. Bocler. *d. loc.* Quod multò magis procedit, si urbs aliqua, ut olim Athenæ, munienda sit & breve quidem intra temporis spatium, desit autem materia vel lapides; Hoc enim casu, quin pro exstruendo propugnaculo ampliandisque fossis Princeps subditorum ædificia destruere & hortos in publicos usus transferre possit, dubitandum non est. *Conf.* Brunnem *ad* L. 9. *C. all. tit. inibique cit.* Ddres *jung.* Bocler. & Gail. *d. l.* Stryk. *in Diss. d. Salut. Publ. Cap. 2. n. 43. seq.* ubi *n.* 41. idem ad bona etiam exterorum in territorio & Jurisdictione Principis sita extendit, cui adstipulatur Ziegler. *ad* Grot. *Lib. 2. cap. 14. n. 8. verbis: Nullo modo subest.* idque probat exemplo Exteri pulverem pyreum habentis, quô obessa civitas maximoperè indiget, ut hoc casu civitas eundem *invito* extero ad suam defensionem auferre possit: Similia variaque ab aliis referuntur exempla, quæ tamen omnia cum ad eundem *Publicæ Utilitatis* colliment scopum nos brevitatis studio sicco pede præterimus, ea, potius de quæstione solliciti: 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

An Princeps prafatis casibus ablata restituere vel pretium privatis refundere teneatur? Et respondemus, si sine Reipubl. jacturâ hoc fieri possit, Principem ex æqvitate utiq; teneri. Conring. *de Fin. Imper.* quâ æquitate moti Romani finito secundo bello Punico & nondum pecuniâ suppetente, privatis pro impensis in Rempubl. factis tantùm agri publici addixêre, quanti debitum erat æstimatum Liv. *Lib.* 31. Arnisæ. *d. Jur. Maj Lib.* 3. *Cap.* 1. *n.* 9. Sin autem non possit restituere, necesse esse, ut pars quæq; ferat, quod mutari non potest, ob reliquorum salutem. Omne quippe negotium hìc geritur in salutem Reipubl. quam etiam cum profusione omnium bonorum promovendam, singuli in ipsa coalitione & receptione in civitatem juramentò se obstrinxêre Principi, qui, dum dicto modo Reipubl. consulit, 16. 17.

non

non est quod conqueri habeant subditi, multò minus Superiorem restitutionis onere gravent, cum suo facto & voluntate quodammodo damnum sentiant. Vid. Osiand. ad Grot. *Lib.* 2. *Cap.* 14. *th.* 7. Hugo de Roy. *De Eo quod Justum. Lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 2.

18. Referri ad *Publicam Utilitatem* Casus etiam potest communiter â Ddribus traditus, ubi Favore Studiorum, illorumque, quorum scientia totus illuminatur mundus, & vigilantiâ Respubl. stât atque viget Auth. Habita. *C. Ne filius pro Patre.* Artifices strepiferi suis ædibus turbati *inviti* cedere coguntur, si Studiosus aut Doctor per strepitum vicini â studiis avocari aut in meditationibus turbari possit. *De quo vid.* Brunnem. *ad L.* 1. *&* 2. *C. d. Excus. Artif.* Horat. Lucius *d. Privil. Scholar. p.* 46. Quanquàm enim alias sua cuique domus tutissimum esse receptaculum, nemoque *in-*
19. *vitus* expelli debeat *per.* L. 13. *ff. d. injus voc. &* L. 23 *ff. d. Injur.* Hoc
20. tamen suam patitur restrictionem per intervenientem *Utilitatem Publicam*, quæ facit, id, qvod videtur tendere in alterius injuriam, re verâ tamen non esse injuriosum *per.* L. *Notab.* 33 *ff. d. Injur. &* L. 51. *§. fin. ff. ad L. Aqvil. vid.* Richt. *ad Auth. Habita. §.* 2. *D.* 6. Schneidew. 3. *ad §. fin. J. Locat. Conduct. n.* 7. Stryk. *in Tr. d. Jur. sensu. D. J. n.* 11. *& in Disp. d. Damn. reb. alien. licitè illat. Cap.* 7. *n.* 89. *seqq.* ubi *n.*
21. 98. multò magis cogendum esse *invitum* Dominum, *docet*, ut domum suam juxta Literatorum ædes istiusmodi Opifici non locet, sed alii quietè viventi, Rebuff. *d. Priv. Stud.* 3. Carpz. *P.* 2. *C.* 37. *D.* 23. Coll. Jur. Arg. *ad ff. Locat. Conduct. n.* 14.

22. Jure Represaliarum, quæ maximè ob *Publicam* dantur *Utilitatem*, ut diligentiores exteri sint Principes & faciliores ad Justitiam Peregrinis administrandam, neq; facilè vicini offendantur, *Invitus pati cogitur* bona sua detineri civis illius Principis, â qvo in jure vel debito liquido contra omne fas denegata vel illusa fuit justitia debitô more sæpius petita. Coler. *d. Proces Exsecut. Part.* 1. *Cap.* 2.
23. *n.* 339. Gail. *d. Pignor. Obs.* 1. *n.* 5. Mindan. *d. Proces. Lib.* 1. *Cap.* 46. *§.* 2. *n.* 5 non obstante *L.* 74. *ff. d. R. J.* Publica Utilitate privatorum emolumentum superante L. 3. *C. d. Primcip. Nov.* 31. *Cap.* 1. *pr. Auth. res quæ C. Comm. de Legat.*

24. Ad *Publicam Utilitatem Secundariò* consideratam pertinet (1.) Quod quamvis de Jure Civili *invito* cogi non possit, ut accipiat Curatorem

torem §. *Item inviti. inibiq;* Gloſſa & Ddres *ad Tit. J. d. Curat.* quod variis ampliationibus illuſtrat Schrader. *Tr. Feud.* P. 10. *ſect.* 19 *n.* 162., ut ut *invito* hoc jure Tutor detur, *L. Illud. 5. &* L. *Nec non 6. ff. d. Tut. & Curat.* hodiè tamen, cum Reipubl. intereſſe videatur, impu- 25.
beres, qui ſeminarium Civitatis dicuntur, Parentibus orbatos rectè educari, defendi, illorumq; bona ritè adminiſtrari *arg.* L. 2. §. 2. *ff. Qui pet. tut.* extra caſus etiam Jure Civili exceptos, *invitis* adoleſcentibus Curatores conſtituantur ex Conſtitutione Caroli V. *d. An.* 1548. & Rudolph. II. *d. An,* 1577. *tit.* 32. §. So wollen wier. vid. Eckholt. *tit. d. Tutel. §. 9. &* Stryk. *in Annotat. ad Inſt. §. 2. d. Curat.*

Eadem *Publicæ Salutis* ſecundariò conſideratæ efficit ratio, 26.
Socium ſive *Voluntarium* ſeu *Neceſſarium*, ſocio ſuo licet *Invito*, omni temporis momento â ſocietate recedere poſſe per *L. Si non ſolum. §. Si centum d. Condict. Indebit.* Vid. Sim. Ulr. Piſtorium *in Not. ad* Hartm. Piſtorium *Obſ.* 147. *n.* 13. Carpz. P. 1. *Reſp.* 103. *n.* 1. Mev. *P. 9. D.* 157. Stryk. *Cap.* 2. *Diſp. d. Sal. Publ.* Cum communio ſit materdiſcordiæ L. 27.
Cum pater. 77. §. *Dulciſſimis d Legat.* 2. nec non negligentiæ *L. 2. C. Quand. & qib. pars. det, Lib.* 10. Quorſum pertinet dictum Gloſſ.

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

quorum utrumque â Republ. exulare intereſſe ejus dicitur. L. *f. ff. pro ſuo.* L. 28. *ff. d. V. S.* L. 13. C. *d. Judic.* L. 11. *in fin.* C. *d. Reb. Cred.* L. *ſi quis ingenuam. fin. d. Cap. &* Poſtlim. *reverſ. &* l. *æquiſſima pr. ff. d. Uſuf.* 28.
quod extendunt etiam Ddres, ut procedat, quamvis coeuntes in ſocietatem pacti ſint, ſe nunquam â communione receſſuros *per* L. *In hoc judicio* 14. §. *Si conveniat.* 2. *Comm. dividund. &* L. *Nulla.* 70. *ff Pro ſocio.* Vid. Hinrich Gœden. *cap.* 86. *n.* 2. Strick. *in Tr. de Cautel. in Contract. Neceſſ. Sect.* 2. *Cap.* 10. §. 9. Non obſtante. L. 1. *ff. pro Socio.* Ad quam doctiſſimè reſpondet *Carpz. promixè all.* L. Aliquan- 29.
do tamen *invitum* in communione perſiſtere cogi poſſe docet Jctiſſimus Mevius *Part.* 9. *D.* 157. ob familiæ & per conſequens Reipubl. conſervationem, ubi tamen omnes ab eodem adductas rationes noſtras non facimus.

Non Humanitatis duntaxat, ſed & *Publicæ Utilitatis* rationem, 30.
ad quam pertinere videtur, non perire innocentem nec Rempubl. ſuo privari cive, conſtituiſſe credimus, *invito* illo, qui ad ſupplicium ducitur, & perire feſtinat, cuilibet licitum eſſe ad Appellationis

progredi remedium *per* L. *eleg.* 9. *Non tantum ff. d.* Appell. vid. Brunnem. *ad eund.* & Farinac. *Quæst 79. n. 95. & quæst 101. n. 23.* Scaccia de Appellat. *n.* 54. *seq.* Cornel. Benincas. *d. Privil. Paup. p. 780. n. 31.*

31. Cum enim natura quandâ inter homines introduxerit cognationem, quâ alteri alteris benefacere tenentur L. *Ut in vim ff. d. J. & J.* fas est omnibus juvare alios, in necessitatibus subvenire, & *invitorum* licet conditionem meliorem facere *L. 39. ff. d. N. G.* Mev. P. 3. *D. 12. n. 3.*

32. Ex quibus concludunt Ddres: *Invito* & renitenti infirmo adhiberi curam, Decius *in L.* invito. *69 ff. d. R. J.* Brunnem. *ad* L. *6.*

33. *ff. de Appellat.* Nec non *invitum* ex ruente domo extrahi posse. Hyppolit. d. Marsi. *Sing. 189. Conf.* Brunnem. *d. l.*

34. Lex Julia ad *Publicam Utilitatem* respiciens L. 2. *ff. d. Jur. Dot.* L. 1. *ff. solut. Matrim.* cavet, ne marito integrum sit consentiente, nedum *invita uxore* prædium dotale inæstimatò datum, aut æstimatò quidem, verùm æstimatione taxationis causâ adjectâ L. *Quotiens ff. d. Jur. Dot. vid* Stryk. *ad pr. J. quib. alien. lic. vel non* & Ddres *passim ad Tit. ff. d. Fund. Dot.* vendere, ne fragilitate suæ naturæ in repentinam uxores deducantur inopiam *pr. J. Quibus alien. licet,*

35. *vel non & L. unic. §. 15. C. d. Rei Uxor. act.* Moribus tamen Belgarum maritum *invitâ* uxore fundum dotalem alienare posse testatur Grôenew. *ad L. 3. ff. d. R. V. & fusius idem in pr. J. Quibus alien. lic. vel non.*

36. Claudent agmen Literæ Moratoriæ, quas Principem, *invitis* licet Creditoribus, Debitoribus dare posse, *Publicæ* itidem *Utilitatis* intuitu, pluribus deducit ac persequitur B. Dn. Lembke / *in Diss. d. Induc. Morat. th. 7.*

37. Nunc URGENTISSIMÆ NECESSITATIS Casus paucis lustrabimus, cujus præprimis *Publicæ* intuitu permittitur Domino territorii *invito* licet Vasallo, belli discrimine terræ suæ imminente, Prædium Nobile, Germ. den Ritter-Sitz / ad Fortalitium inibi extruendum arcendumque hostem irruentem occupare & protuitione Status sui munire. *Vid. Excell.* Müller. *in Diss. d. Æ dif. Præd. Nob.*

38. *Cap. 1. th. 6. per tot.* ubi addit: cessante tamen bello Castrum sine morâ Vasallo restituendum esse absque refusione expensarum fortificationis. Natta. *Conf. 555. n. 20.* Klockius *d. Contrib. Cap. 7.*

39. *n. 115.* quod alii etiam ad loca Jurisdictioni & Potestati belligerantis

tis non subjecta, ceterum vicina, & si ab hoste præoccupentur, belligeranti admodum nociva, extendunt, ut & hæc summa belli ratio, quam Galli *Raison de Gverre* appellant *invitis* licet Dominis istiusmodi Loci occupationem & munitionem permittat: Quod quotidiana hisce proh dolor! miseris temporibus, quibus omnia bello ardere videmus, satis exempla edocent.

Eadem Imperiosa inevitabilis Necessitatis Lex efficit, ut, 40.
quanquàm ex communi Juris Gentium Doctorum calculo, Rex qui Regnum in patrimonio non habet, sed ex voluntate populi jure administrationis possidet delatum, neque in totum, neque pro parte propriâ authoritate alienare possit, administrationis regulas excedente illo qui alienat, cum alienando faciat, ne administrare possit. vid. Ziegl. ad Grot. *Lib. 1. cap. 3. §. 13.* Stryk. *Diss. d. Sal. Publ. cap. 2. n. 54.* nec magis jure propitio *invito* populo alius 41.
Rex obtrudi possit, quam quo *invito* Regi Regnum eripitur Bartol. *de las Casas. in quæst: Utrum Reges cives â Corona jure alienare possint §. 25.* Grot. d. J. Be. L. & P. *Lib. 1. cap. 3. th. 13. & Lib. 2. cap. 7. th. 3.* Strauch. *Dissert. Exoticâ 4. th. 18.* Puffend. *d. J. N. G. Lib. 8. cap. 5. §. 9.* Ziegl. *all L.* Ubi addit: Factâ tali alienatione populum no- 42.
vo Domino resistere seque in Libertatem vindicare posse. Licita tamèn sit etiam *invito* populo facta alienatio, si summa *Necessitas* illud exegerit, totumq; vel pars sine Reipubl. exitio conservari aliter non possit, nisi alterius ditioni subjiciatur. Vid. Pufend. *d. l. Cui jungatur* Boecl. ad Grot. *Lib. 1. Cap. 4. n. 10. &* Ziegl. *ad* Grot. *Lib. 2. Cap. 6. §. 11.* Ubi appositè hæc leguntur verba: Consensu populi, ut in alienationem interveniat, opus non est, ubi *Necessitas* alienationem jubet, cum enim cura Reipubl. in solidum commissa sit, nil facit contra voluntatem populi. *Conf.* Stryk. *d. l. n. 55.*

Nec aliter se res habet in bonis Domanialibus, denen Tafel- 43.
Güttern: Horum enim alienationem itidem Principi non esse permissam præter *c. intellecto 32. X. d. Jurejur.* ex communi Ddrum Opinione probat Brunnem. *Con. 1. n. 70. &* Petrus Heigius *part. 1. quæst. 19. n. 5. quos sequitur* Stryk. *all. l. n. 56.* Princeps enim rei suæ 44.
Domanialis qs. Dominus est, ut maritus Dotis. vid. Stryk. *in Diss. d. Salv. Jnr. Princip. Cap. 1. n. 35. & in Diss. d. Salut. Publ. Cap. 2. n. 56.*
Nihilo tamen secus & hoc exceptionem habet, si *Urgentissima Ne-* 45.
cessitas

cessitas alienationem reqvirat; Hoc enim casu *invito* populo rectè alienari ipse fatetur Brunnem. *all. Conf.* 1. *n.* 348. Hinc Ddres tradunt regulam: Alienationem ceteroquin illicitam ex *Necessitate* convalidari. Gothof. *ad L.* 13. *ff. Famil. Erciſc.* Menoch. *d. A.J.* 2. *Cap.* 182. Styk. *d. l. n.* 57.

Possemus qvidem plura *Necessitatis Publicæ* adducere exempla docereq; : An & circa Sacra *Inevitabilis Necessitas* jus aliqvod tribuat, ut exempli causa, urgente belli calamitate, templa occupari, præsidiisq; militum firmari; itemque reditus Ecclesiastici in bellicos converti queant usus? At verò, cum tempori sumptibusq; parcendum sit, ac præter opinionem sub manibus jam tum creverit Dissertatio, hâc qvidem vice in hunc campum excurrere non vacat, qvare veniam nobis â benevolo Lectore precati, qvod datam supra fidem per omnia liberare, pagellarum haud permittat angustia, frequentioraq; saltem exempla adduxerimus.

Ad NECESSITATEM IN GENERE TALEM missâ *Publicâ Necessitate* gradum promovemus, visuri, qvaliter hæc privatis etiam jus det, rem alienam *invitis* Dominis propriâ authoritate arripiendi & ex alterius patrimonio sibi vendicandi, quantum præsens postulat utilitas;

46. Huc pertinet (1.) *L.* 2. *§.* 2. *in fin. ad L. Rhod. de Jactu*, ubi dicitur: Quod, quando in navi deficiunt cibaria & alia ad vitã sustentandam necessaria, quisq; quod habet, in commune conferre debeat; Quæ necessitas conferendi, utiq; continet jus contra *invitos* & negantes, ubi petitioni apud Judicem nec locus, nec tempus est, sumendi. Vid. Ahasv. Fritsc. *d. Præs. Necess. Sect.* 1. *n.* 6. *quem sequitur* Stryk. *d. salut. Publ. Cap.* 1. *n.* 25. *Jung.* Grot. *d. J. B. & P. Lib.* 2. *Cap.* 2. *n.* 6. ubi docet: Gravissimâ *Necessitate* revivisere jus illud pristinum rebus utendi, tanquam si communes mansissent, quia omnibus legib9 humanis ac proinde & in lege Dominii, Summa illa *Necessitas* videtur excepta. Ex quibus colligunt Bartol. & Ddres: Ubi civitatẽ annonæ caritas premit, quæ ad victum pertinent, fieri communia, & aut suppeditanda egentibus, aut abundantibus *invitis* sine injuriâ auferenda esse; *Conf.* Brunn. *ad L.* 2. *§.* 2. *d. t. ff. ibiq;* Lauterb. *th.* 7.

Pertinet huc (2.) Casus *L.* 29. *§.* 2. *ff. ad L. Aqvil.* ubi JCtus Ulpianus

pianus secutus Labeonem pronunciat, si navis meavi ventorum 48
in funes anchorales aut retia piscatoria alterius impellatur, nec
aliter explicari possit, hæc *invitis*, etiam Piscatoribus discindi posse
cessante hoc pacto L. Aquiliæ actione. Vid. Grot. *d. Jure Belli & Pa-*
cis. L. 2. *th.* 6. *n.* 4. *Jungatur* Schnob. *Disp.* 9. *th.* 6. Brunn. *ad L. all.* §. 2. 4. 49
ubi addit: Omnem Nautarum culpam hoc casu exulare debere.

Referunt huc Ddres (3.) Casum L. 3. §. *penult. ff. Ruin. Naufr.* 50
junctâ L. 49. §. 1. *ad* L. *Aquil.* ubi privato, magnâ vi cogente & ex
justo metu incendii suis ædibus avertendi causa vicinas ædes *in-*
vito earum domino, ut destruat, licere dicitur, sive eò perveniat
ignis, sive antea extinctus sit, ut contra destruentem nec ex Edi-
cto de ruina, incendio &c. nec ex Lege Aquiliâ agi possit, cum
injuriam non faciat, qui se tueri voluit, cum alias non posset.
L. 3. §. 7. *in fin. ff. d. Incend. Ruin. Naufr.* vid. Brunn. *ibi & ad* L. 49. *ff.*
ad L *Aquil.* Gail. 1. *Obs.* 22. *n.* 3. Berlich. *Part.* 5. *Const.* 25. *n.* 125. Grot. *de*
J. B. & P. Lb. 2. *Cap.* 2 *th.* 6. *n.* 3. Jung. Dn. Georg. Amsel. *in Disp. inaug. de In-*
cendiis th. 22 & 29. & Struv. *in Disp. d. Ædif. priv. th.* 69. ubi addit in 51
fine: Si tamen pro salute totius vicinia domus vicini diruatur,
meritò damnum destructæ domus ab omnibus vicinis sarcien-
dum *arg.* L. 1. & 2. *ff. ad* L. *Rhod. d. Jact.* Gail. & Berlich. *d. l.* quibus
jung. Menoch. *d. A. I. Q. Cap.* 399. *n.* 14. & Brunn. *ad L.* 3. *ff. d. Incend.* 52
& *L.* 49. *ff. ad L. Aquil.* ubi n. 3. *addit*: Hoc in casu ipsum destruen-
tem non quà *destruentem* sed quâ *vicinum* ad damnum pro suâ
parte ex æqvitate L. Rhodiæ præstandum teneri; Cui adstipulatur
Modestinus Pistorius *Cap.* 16. *n.* 9, & 16.

Pertinet huc ultimo Casus L. 14. *ff. d. Præsc. verb.* ubi respondet 53
JCtus Julianus: Illum qui suarum servandarum mercium causa *in-*
viti Domini merces in mare projecit, nullâ teneri actione, non
obstante *L.* 2. *ff. ad* L. Rhod. vid. Hahn. *ad Tit. all. in pr.* Schnobel.
Disp. 9. *th.* 8.

Desinimus hic plura afferre exempla, cum in similibus ea-
dem Juris obtineat ratio atq; dispositio, illud saltem adhuc ulti-
mo annotamus loco: Ut *Necessitas* etiam in alienis Juri locum faciat 54
requiri (1.) ut *Certa* ac *Vera* sit non *Imaginaria* ac *Ficta*; Perindeenim
est, non habeas causam, an fingas: Simulata pro nullis sunt; Carent 55
quippe veritate adeòq; & jure, (2.) Ut Sit *Inevitabilis* ac *Urgentissi-*

I *ma,*

ma; Nomen illud non convenit casibus, qvi evitari queunt, ut ut summo atq; difficili studio; Quò respexit Plato, cum constituit, ex Vicini puteo tum demum aquam petendam esse, si quis in suo ad cretam usq; foderit ad aquam exquirendam, quẽ in hanc sententiam adducit Grot. *Lib. 2. Cap. 2. th. 7.* (3.) *Ut remedium non adsit nisi ex usu rei alienæ*, qui *invito* domino ideo justus, quia necessarius; Qualis haud erit, quando aliâ ratione necessitati medela vel auxilium constabit, ideòq; antequàm ad alienum porrigantur manus, tentanda sunt propria & sine damno alieno usurpanda. (4.) Ut *invocet prius, quam auferat ex alieno remedium*. Jus enim *Necessitatis* â rigore dominii exceptum, ut æquitate nititur, sic æqvitatem in exigendo servare debet: Si igitur mora sine periculo sit extremo, æqvum est precibus aut imploratâ Superioris ope tentare suppetias; Ubi negantur iniqvè, necessitate fiet justum, quod vi necessariâ contra inhumanam duritiem suscipitur. (5.) *Ut non*
58. *ultra Necessitatem licentia extendatur.* Illa enim hujus regula est, extra quam fit injusta. Igitur non aliud sumendum retinendumq; qvam exigit; Ubi custodia sufficit, non arripiendus usus. Ubi usus, non sumendus abusus.

59 Supra diximus, Necessitatẽ aliã *Facti* esse aliam *Juris*; circa ILLAM
60. Quæritur: *An* invitis *Dominis ad evitanda adversæ religionis supiendæ pericula, subditis licitum sit emigrare?* Qualia extant exempla in crudelissimâ illâ Superior: Ann. persecutione & reformatione Gallicâ: Et putamus, præterquam, quod ejusmodi emigratio Ju-
61. ri Naturali, propriæ salutis curam dictitanti. *Pufend. d. J. N. & G.*
62. Divino, ipso Salvatore fugam suadente. Matth. *10. v. 23.* & Humano
63. conveniens sit. L. *31. ff. ad Municip.* L. 5. §. 3. & L. 12. §. 3. *ff. d. Captiv.*
64. L. 1. & 2 C. *d. Incol.* §. wo aber unser *Pac. Religios.* summam necessitatem, quæ homines in pristinum redigit statum, quo omnes liberi erunt. Grot; *Lib. 2. Cap. 6. §. 5.* quæq; legem non habet L. *penul. §. fin. ff. d. Excus. Tut.* & magnum humanæ infelicitatis patrocinium est. Senec. *Lib. 4. Cap. 27.* liberam emigrandi, *invito* licet persequente, dare facultatem; Cum quæ causa fuit vinculi inter homines, non
65. possit non esse causa ejus dissolvendi, naturali ratione dictante, eo jure, quo quid constitutum est, idem etiam dissolvi. *Vid.* Dn. Schulz. *Athenæi Gedanensis Professor in Decad. Casuum Illustr. Modern. temp.*

§. 2.

§. 2. Ubi firmandæ huic sententiæ adhibet argumentum â servo 66.
crudeliter habito desumptum, cui jura fugere permittunt, *L. unic.* 67.
C. Si quat. prædit. pot. Vid Dn. Bekman. *Diss. De jure recipiendi Exules.*
Quibus addi potest, quod territorii Dominus ultra humanum mo-
dum cum Civibus agens pro subditis eosdem agnoscere amplius
noluisse videatur, Imperantium felicitate in subditorum felicitate
consistente. Grotius *Lib.* 1. *Cap* 4. Beckman. *d. suspect. Doctor.* Tyran.
Cap. 2. *th.* 6. *p.* 19. illoq, expellente, media qui fugiendi suppeditat.

Ad *Facti Necessitatem* Famis necessitatem pertinere in vulgus 68.
notum est; Cujus occasione quæritur: *An Pater, cui hodiè quidem*
filium summâ famis necessitate urgente, vendere invitum *non licet, ut*
alterius servus fiat, servitute inter Christianos hodiè abrogatâ, invitum
saltem ad illa servitia addicere possit, quibus ea conditione est, qua est
familia conductitia? Et arbitramur cum Christin. *v.* 3. *D.* 65. *n.* 3. &
qui hunc sequitur Stryk. *Disp.* 4. *ff. d. us. modern. Lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 6. Si
Pater eâ forte vivat, ut Magistratus, cui incumbit egentibus suc-
currere Struv. *ad ff. Exerc.* 23. *th.* 28. *add.* Bugnyon. *ad LL. Abrogat.*
Lib. 1. *Sect.* 6. Mornac. *ad Tit. C. d. Parent. qui fil distrax.* frustra ten-
tet suppetias, aut speret auxilium, nil qvicqvam obstare, quò mi-
nus Pater etiam hodiè Filii licet puberis *inviti* operas alteri ce-
dere valeat, quò necessitatis subsidium inde ferat, patriâ potesta-
te nec hodiè omni vi orbatâ.

Pergimus ad NECESSITATEM JURIS, cujus intuitu etiam *in-* 69.
vito aliquid pati cogitur. Huc pertinet (α) Quod pro *invito* quis sol-
vere possit. *Pr. J. qvib. mod. toll. Oblig. L.* 23. *L.* 40. *& 43. ff. d. Solut.* Qvo-
niam naturali & civili rationi convenit, conditionem alterius
qvamvis *inviti* reddere meliorem L. 29. *d. N. G.* non obstnate *L.* 69.
ff. d. R. J. & 156. eod. ubi dicitur. *Invito* beneficium non dari: De cu-
jus conciliatione Vid. Dn. Damm. *in Disp. sub Præsidio* Præ-*Nobiliss.*
Dn. Præsidis: *De* Donat. Præsumpt. *Cap.* 2. *n.* 204. inibiq; all. Ddres.
Jung. Bachov. *ad §. Item vobis J. Per quas pers. cuiq; acqvir. Et* Bar-
bos. *Lib.* 9. *Cap.* 83. *ax. ult.*

(β). Qvod *invito* Creditori liceat melius reddere, quam 70.
quod datum sit, cum melius sine dubio bonum sit. L. 75. *ff. d. V. Obl.*
& plus etiam minus contineat. Vid. B. Redeker. *in Disp. d. Contract.*
Intermixt, Var. quæst. th. 11. *n.* 7.

 (γ) Qvod

71. (γ) Qvod ante diem solvi possit etiam *invito* creditori *L. 70. ff. d. Solut. L. 38 §. 16. L. 41. §. 1. d. V. Obl. Vid.* L. 114. §. 11. *seq. d. Legat.* Gomez. *Tom. 2. Var. Resol. Cap. 11. n. 22. seqq.* Suthold. *Disp. 15. aphor. 84.* Schnob. *Disp. 23. §. 27. in fin. L. 50 ff. d. Obl. & Act. L. 137. §. 2. d. V. O.* Donell. 15. *Comm. 11. & in* L. 41. §. 1. *n. 47. d. V. O.* Bachov. *ad* Treutl. *Disp. 29. th. 2.*

72. (δ) Qvod, cum compensatio solutionis vicem obtineat. Gvido Pap. *D. 171.* Schnob. *Disp. ff. 10. th. 14.* Imò imaginaria & interpretativa dicatur solutio. *L. Si debitor 4. ff. Qui pot. in pign. L. 19. ff. d. Liber. Caus.* Manz. *§. 30. J. d. Act. n. 15.* & hæc *invito* creditori fieri possit. Mev. P. 7. *D. 52. inibiq; all. jura.*

73. (ε) Quod juris Necessitate Bachhov. *§. 3. J. per quas person.* Brunn. *ad L. 32. ff. d. A. R. D. invitis* Dominis per servos acqviratur *§. all. J. L. 26. Servus vetante ff. d. V. O. L. Etiam invitis 32. ff. d. A. R. D. L. 44. de Acqvir. poss. L. jussu 44. §. fin. d. Usucap.* Non tamen incommutabiliter. Vid. Barbos. *Lib. 9. Cap. 83. ax. 2.*

74. Idemq; (ζ) in Liberis Parentum potestati suppositis obtineat *§. 1. J. Per qvas person. cuiq;* habitâ tamen peculiorum consideratione.

75. *An autem creditori INVITO pars debiti solvi possit.* non ineptè hic quæritur? Et respondemus per *L. 41. §. 1 ff. d. Usur. L. 13. §. 8 ff. d. Act. Empt. L. 31. ff. de Reb. Cred.* Cum alteri per alterum iniqva conditio inferri non debeat. *L. 74. ff. d. R. J.* quod sanè creditori per particularem obveniret solutionem, quæ non minima sæpè incommoda

76. habet *L. 3. ff. Fam. Erciscund.* regulariter quæstionem negando: Excipiunt Ddres sequentes Casus (1) Si altera pars contentiosa *L. 21.*

77. *ff. d. Reb. Credit.* (2 Diversæ sint summæ. *L. fin. Quib. mod. pign. solv.*

78 (3) Si debitor belli calamitate depauperatus sit per. *Recess. Imp. d. An 1654. §.* So viel nun die *Capitalia, vers.* fals aber Drittens. *Vid* Lauterb. *in Disp. d. Resid. pr.* Mev. *Part. 5. Decis. 103. Item. Part. 3. D. 236* Hopp. *Exam. Inst. ad §. 1. Quib. mod. toll. Obl.* Eckholt. *ad Tit. ff. d. solut. §. 3.*

79. Ubi plures adducit exceptiones, ex quibus tamen ultimam saltem ad scopum nostrum pertinere remur.

80. Sed *qvid si planè aliud pro alio solvatur, anne INVITUS Creditor hoc tenetur accipere?* Et quamvis regulariter *invito* creditori aliud pro alio obtrudi non possit *L. 2. §. 1. ff. d. R. C. L. 46. & 50. ff. d. solut.* Junct. Nov. *4. Cap. fin.* Carpz. *Lib. 5. Resp. 120.* Bachov. ad Treut. *Vol. 1. Disp.*

1. *Disp.* 20. Hopp. *in Exam. Inst. ad Tit. Quib. Mod. solv. oblig.* duos tamen Ddres communiter hic excipiunt casus. (1) Nisi *Necessitas* cogat, debitorq; utatur beneficio dationis in solutum L. 16. *Auth. Hoc nisi. C. d. Solut.* Nov. 4. *Cap.* 3. *Nov.* 120. (2.) Nisi â lege hæc facultas aliud pro alio solvendi debitori sit data. Brunn. *ad L.* 2. *ff. d. reb. Cred.* Ex quibus duabus rationibus colligit *sup. laudatus* Schulz. *in Decad. quæst.* §. 3. Exules Gallos die Frantzösche Flüchtlinge/ quamvis illis in locis, ubi jam tutò versantur recepti, ad debita in Patriâ contracta, relictis omnibus bonis & â Rege Fisco addictis, solvenda rectè adstringantur, jure creditoris metu & infortunio debitoris neutiquàm sublato Pantschman. *Lib.* 1. *quæst. Pract.* 14. *n.* 9. Baldus *ad* L. 108. *d. Jur. Delib.* Afflictus *D.* 10. *n.* 6. Cravetta *Disp.* 6. *n.* 86. & 97. Si tamen bona sua speciali hypotheca Creditoribus obligaverint, eadem rectè in solutum ex Principis, in cujus territorio nunc degunt, sententiâ, *invitis* Creditoribus offerre posse, qvippe qvæ ante sententiam aliis quæsita publicari non potuerunt L. *Post contractum* 14. *ff. de Donat.*

Necessitatem Facti, de quâ supra egimus, aliam esse Facti Præsentis aliam Supervenientis *Cap.* 2. diximus. Ad *Supervenientem facti necessitatem* etiam pertinet Casus L. 3. *ff. Locat. Conduct.* Ubi propter supervenientem indigentiam & necessitatem post contractum *vid.* Brunn. *ad. d. l.* item propter supervenientem refectionis necessitatem, quæ inhabitare ruinosas ædes conductori non permittit, Locatori *invitum* Conductorem datur expellere, Conductionis tempore licet nondum exacto; Nisi in specie his duobus casibus renunciatum sit. Trentacinq. *Lib.* 3. *tit. Locat. resol.* 4. *n.* 6. Carpz. *Part.* 2. *D.* 137. *n.* 8. & *Part.* 2. *C.* 37. *th.* 7. Stryck. *in Tr. d. Cautel. in. Contract. Necessa. sect.* 2. *Cap.* 6. §. 18. Ubi in fine addit: Posteriori casu, non obstante renunciatione, atq; Locatore quiescente, ipsam tamen locatam domum ob imminentem ruinam ipsum conductorem facilè fore expulsuram.

Eadem *Superveniens Facti Necessitas* e. g. Pestis efficit, ut, quæ de Conductore *invito* expellendo diximus, etiam locum obtineant in eodem, *invito* Locatore, emigrante; Ut scilicet urgente diuturnæ pestis necessitate, *invito* Locatore, Conductor rem locatam

tam vacuam relinquere & emigrare possit. *Vid* Gail. 2. *Obs.* 23. *n.* 7. Redecker. *dict. Disp. all.* 30. *n.* 5. Franck. *ad t. ff. Locat. Conduct. inibique* Lauterb. Ubi plura *Supervenientia Necessitatis* adducit exempla, quorsum brevitatis studio B. L. remittimus.

90. CIRCA ABUSUM *in* specie *Patriæ Potestatis* notandũ est: Quod Pater destitutus justis dissentiendi rationibus pati cogatur *invitus*, liberos nuptias contrahere exquè potestate, licet non quoad omnem effectum moribus hodiernis egredi; Modò ante sponsalia liberi legitimè requisiverint consensum Parentum. *Vid* Carpz. *Jurisp. Eccles. Lib.* 2. *Def.* 55. Brunnem. *d. Jure Eccles. Lib.* 2. *Cap.* 19. *n.* 5. *aliisque.*

91. An autem *invitus* etiam Pater cogi possit, ut patiatur Filiũm per separatam hodie æconomiam ẽ sacris paternis egredi, quæritur? Vid eâ de re differentem Stryk. *in Disp.* 5. *d. Us. Mod.* §. 20.

92. Quid in Patre binubo intuitu liberorum prioris matrimonii obtineat de Jure Lubecensi & an Pater ad secunda advolans vota *invitus* cogi possit, ut separet, docebit *Jus Lubec. Lib.* 2. *t.* 2. *art.* 2. *n.* 12.

93. FAVORE LIBERTATIS *invitum*, ut patiatur aliquid cogi posse duobus saltem ibimus demonstratum casibus, quorum primus est, quod inæstimabile libertatis beneficium L. 106. *d. R. J.* etiam *invitis* detur L. *fin.* §. 2. *C. d. Test. manum.* Ubi dicitur: Romanam Civitatem recusare nemini servorum licitum esse. Joan. â Sande *Comm. in tit. ff. d. R. J. ad L.* 69. Vide hujus generis plures casus, quos annotavit. Catel. Cott. *in Memorab. suis in verb. Beneficium invito non datur.*

64. Secundus est *in L.* 6. §. 6. *ff. d. Stat. Lib.* Ubi ad particularem solutionem recipiendam Creditor *invitus* cogi potest *Favore Libertatis.*

95. INTUITU PIETATIS & RELIGIONIS duæ hic moveri possunt Coronidis loco quæstiones (α) An Judæorũ infantes *invitis* Parentibus ad baptismata auferri possint? Et (β) An Judæorum infantes non obstante Patriâ Potestate *invitis* Parentibus sacro fonte â peccatis ablui possint? Prius affirmat Zasius *Quæst.* 1. *d. Judæis* Hinr.

96. Corman. *in Respons. d. Judæis art.* 3. alii tamen negant Vid. Reinkinck. *d. Regim. seecul. & Eccles. Lib.* 2. *Class.* 2. *Cap.* 3. *n.* 43. Cui adstipulatur Vasq: *Contr. Illust.* L. 1. *Cap.* 8. *n.* 12. *Excell.* Dn. Ranger, *Profess. in Acad. Patriâ famigeratiss. in Disp. d. Jur. Baptism. th.* 21. *Cap.* 2. & Dn. Lincker

97.

cker *in Disp. d. Baptism.* inibiq; allegati Ddres. Balduinus *in Cas. Consc.* 98
Lib. 4. *Cap.* 8: ubi tamen *n.* 3. hoc ita declarat: Nisi infideles vel eorum
liberi jure belli, aut per emptionem, donationem, captivitatem
aut qvocunq; alio modo legitimo in nostram pervenerint pote-
statem & sic pars familiæ nostræ facti, exemplo Abrahæ, non 99.
tantùm ex sangvine natos, sed & emptitios, qui non erant de stir-
pe ejus, circumcidentis. Genes. *Cap.* 17. *v.* 12. Alterum quod concer- 100
nit qvæsitum Zas. *Tom.* 5. *quæst.* 2. *d. Judæis* id affirmat, qvem seqvitur
Reinkinck. *all. l. n.* 46. sc. infantes Judæorum *invitis* etiam Parenti-
bus posse petere baptismum, neq; parentes vigore Patriæ potesta-
tis id impedire posse. Quibus fusius deducendis, cum Conscien-
tiam tangant & â Theologis rectius discutiantur, ne in alienam
messem falcem immittamus temerè, non immorabimur; Sed his- 101.
ce pro ingenii modulo temporisq; ac sumptuum ratione expedi-
tis, vela contrahimus, inq; illius Nomine, quo Auspice, Academicũ
hunc Discursum exorsi sumus, eidem imponimus.

FINEM.

S. D. G.

MANTISSA

I. Pater filio illatam injuriam ipso *invito* remittere potest per *L.* 17. §. 12. *ff. d. Injur* Boer; *D.* 110. Harpr. §. 2. *J. de Injur. n.* 17. Schnob. *Disp.* 24. § 9. ubi id ad actionem civilem restringit per *L.* 5. §. 6. *ff. d. Injur. Conf.* Brunnem. *ad L.* 17. *all.* ubi hanc limitat sententiam, ut procedat, nisi filius sit honestioris conditionis Patre, *per* §. 13. *dict. L.* 17. *Vid.* Gomez. *Tom.* 3. *Resol. Cap.* 6. *n.* 6. Boer; *d. l.* & Clarus §. *fin. quæst.* 5. *n.* 22.

II. *Invitum* quem teneri recipere rem commodatam deterioratam ob-
lato deteriorationis pretio defendit Schneidevvin. *in Comm. J. tit. d. Actio. ad* §. 16. *n.* 22. Distingvit vero Brunneman. *ad L.* 3. §. 1. *ff. Commod* secutus Bachov. ad Treut. *Vol.* 1. *Disp.* 24. *th.* 2. *Lit. F.* Hahn. ad VVesenb. & Struv. *tit. Commod.* inter deteriorationem *levioris* & *gravioris*; Ut hoc casu integram Commo-
datarius æstimationem solvere teneatur; Illo vero *Schneidevini* procedat senten-
tia; Cui & nos calculum nostrum adjicimus Jure Saxonico indistinctè videtur
statutum, commodantem cogi non posse, oblato deteriorationis pretio rem de-
terioratam recipere. *Vid. Art.* 5. *Lib.* 3. *Jur. Sax.*

III. In

III. In Communē ſepulchrum *invitis* ceteris mortuum inferre licet. §. 9. *Inſt. d. Rer. Divi.* Hâc enim ratione ſocio non nocetur, cum locus iſte jam ſit religioſus. Sepulchrum enim dicitur, ubi corpus oſſave hominis condita ſunt. *L. 2. §. 2. ff. d. Relig. & ſumpt. Fun.*

IV. Alienum fundum *invito* Domino ingredi licitum eſt quærendæ rei ſuæ cauſa *per L. 15. ff Ad Exhibend.* in ſpecie glandis, i. e. fructus, legendæ *L. 1. §. 1. ff. d. Gland. Leg.* quæ in vicinam aream delapſa: Hanc enim intra triduum *invito* licet *vicino* arboris Domino legere permititur *L. unic. ff. eod. Conf.* Brunnem. & Eckholt. & *communiter* Ddres *all. t.* Quod tamen hodiè communi Praxi immutatum, ut illi fructus relinquantur, in cujus fundo reperiuntur, docet Stryk. *in Uſ. Modern.* & de Praxi Saxonicâ in ſpecie teſtatur Carpz. *Part.* 3. *C.* 32. *D.* 15. *nec non* Zœſius & Struv. *ad t. ff. d. Gland. Leg.*

V. Alias qui *invito* & contradicente Domino alienum fundum ingreditur in legem committit. *L. 13. in fin. ff. d. Injur.* Unde primo intuitu quoque videbatur dicendum: Illum feras in alieno fundo captas ex facto, cui lex reſiſtit, ſibi non acquirere. *arg. L. 5. C. d. Legib.* Quia tamen *actus ingreſſionis* ab actu *occupationis* probè diſtinguendus eſt, neq; ab uno actu diverſo ad alium valeat illatio. Carpz. *Part. 1. C. 51. D. 9. n. 5. & 6.* Everhard. *in Loc. Legal. 18. â ſeparatis per tot.* non dubitamus aſſerere: Venatorem feras in fundo alieno *invito* licet Domino captas ſibi acquirere §. *Feræ 12. Inſt. d. R. D.* Georg. Mohr de Nigromonte *d. Jur. Venand. Part. 1. Cap. 2. n.* 15. Dn. Præſ. *in Diſp. d. Gemm. Cap. 2. n. 12. ſeqq.* Quid moribus hodiernis hoc caſu obtineat docet. Brunnem. *Exerc. juſtin 4. §. 11.* & *Heigius. eod. n. 12.*

VI. Pacta dotalia ab uno Conjugum *invito* altero revocari poſſunt. Carpz. *Part. 2. C. 43. D. 10.* Gail. *2. Obſ. 117.* Mynſing. *1. Obſ. 8.* Modò inita ſint per modum ultimarum voluntatum. *Vid.* Stryk. *d. Cautel in Contr. Neceſſ. Sect. 3. Cap. 8 §. 19. & 20.*

VII. Nil obſtat, quo minus Emphyteuſeos Dominus jus ſuum *invito* Emphyteuta alienare poſſit. Carpz. *2. Conſt. 39. D. 10. inibiq. all.* Ddres.


VIII. Secus ſe res habet in Domino Feudi *2. Feud. 34. §. 1.* Hartm. Piſtor. *Part. 1. quæſt. 12. n. 17.* *Et* Stryk. *in Exam. Feudal. Cap. 19. quæſt. 16.* inibiq; all. Struv. & Antonius.

IX. Exceptiones reo competentes *invito* eo â fidejuſſore opponi poſſunt. L. *32. ff. d. Fidejuſſ.*

X. Servus teſtatoris proprius *invitus* cogitur eſſe heres §. 1. *Inſt. d. Hered. Qual. & Different.*

XI. Heres Fiduciarius adire nolens hereditatem eandem *invitus* adire cogitur & reſtituere. §. 7. *J. d. Fidei com. Hered.* Gomez. *Reſolut. Cap. 5. n. 3.*

XII. Qui rogatus eſt Patrinus, beatiſmum hoc munus *invitus* ſubire cogitur, niſi mulctâ pecuniariâ vel carcere vel etiam deprecatione publicâ puniri velit; prout *in Conſiſtorio Cizenſi* Menſ. Junii Anno 1677. judicatum *refert* Joan. Schilter *in Inſt. Jur. Canon. Lib. 2. Tit. 2. D. 27.*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0075
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0076
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0077
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0078
DFG

nistratio concessa, qvamvis dissent, Merckelbac *k. Vol. I. cons. 13. n. 61. & inibi all.*

§. 9.

Annumerari qvoqve potest in Germaniâ bitra- riis publicis VII. *Societas Clientelaris*, qvæ *inter P* *lientes* intercedit, & in Imperio admodum freqvens es apud Dn. Becman. *in pol. par. c. 11. §. 4.* Sicut autem hîc P entes *omnia illa jura* concedenda sunt, *sine quibus c* *eri* & auxilio adjuvare *non potest*, qvò etiam *jus mi* & ali- qvando *jus aperturæ* pertinet; Dn. Stryk. *de ju* *. terr. c. 1. n. 125. sqq.* Dn. Fritsch. *in Tr. de iure* *n.* 17. *seqq.* Ita impunis est Clientum erga Protec entia, *si vel etiam qvoad hæc jura pacto sibi prospexerint,* Rever- *sales* inter Protectorem & Clientes usitatæ, vid. *r.* Re *verf. c. 7. vel justam non parendi causam* habeant, torem in se imperium qværere metuant, aut illius mil ntagi- oso veniant, ubi jus aperturæ licitè denegabunt. *s. ad- jut. c. 2. §. 18.* Multo magis autem impunè inobe i Pro- tector *sub protectionis prætextu* Superioritatem si Clien- tes tribuere, &c. g. actus jurisdictionis exercere, *Tesenb.* 10. *Qu. 2.* vel Clientes, (ubi tamen casum summ xcipit Dn. Wildvog. *in Diss. De protect. censu c. fin. n. 10.*) c Klock. *vol. 1 cons. 12. n. 31.* Dn. Lyncker. *Decataxtris c. 3 §.* derati & adhærentes non fiant subditi, Klock. *cons. 37. n.* c tœ- dus Protectorium jus superioritatis inferat, on deri *Reichs vogteyen p. 417. & 489. & ibi. all.* Mag. *de A* *p. 439. & c. 3. n. 401.* Böcler. *in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C* *modis* qvidem *plenariis subditis* æqviparentur, *in oneri* *deter- minationem* non teneantur, Dn. Stryk. *all. l. n. 134.* *Clien- tibus invito Protectore Jus Protectionis excutere li* *negan- dum* videtur, si pro Protectione *certus census* tetur, cum jus Protectori semel ex contractu qvæsitur uferri neqveat: *Secus* vero, si *gratuita* sit *protectio*, ub favori renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho ter sit, vid. omn. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.*

§ §. 10.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746164467/phys_0079
DFG